





XXXII.

1769

12

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA  
DE

**ADVOCATIA**  
**LIBERARVM S. R. I. CIVITATVM**  
**MONASTICA**



QVAM  
INDVLTV

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS  
IN ALMA LVDOVICIANA

MODERANTE

**D. FRANC. IVSTO KORTHOLTO**

ACADEMIAE PROCANCELLARIO

PRO

**GRADV DOCTORIS**

PVBLICAE PROCERVVM ACADEMIAE DISQVIVITIONI


SVBMITTIT

AVCTOR

**MARCVS TOBIAS MILLER**

VLMENSIS

AD DIEM XXII. IVNII. CIOICCLXVIII



G I S S A E,  
EX OFFICINA BRAVNIANA.

441



DEPARTMENT OF INVESTIGATION

ADVOCATE

LIBRARY & RESEARCH

MONASTIC

ALL RIGHTS RESERVED

OTONIO

HOLOCRIS

OLAS MILLER



INCLITAE AC LIBERAE  
S. ROM. IMPERII  
REIPUBLICAE VLMENSIS  
PROCRIBVS

PERILLVSTRI BV S, GENEROSISSIMIS  
MAGNIFICIS, PRAENOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS

DOM. DOM. DOM.

D V V M V I R I S

C O N S V L I B V S

SANCTIORIS CONCILII

ADSESSORIBVS

CAETERISQVE ORDINIS SENATORII  
MEMBRIS

SALVTIS PVBLICAE  
STATORIBVS

IMAGINVM VETVSTATE  
MERITORVM IN PATRIAM SPLENDORE  
MVNERVM, QVAE EXORNANT, AMPLITVDINE  
SVMME MAXIMEQVE  
CONSPICVIS

PATRIAE PATRIBVS  
VIGILANTISSIMIS  
DOMINIS PERQVAM GRATIOSIS  
PATRONIS ET. STVDIORVM SVORVM PROMOTORIBVS  
VITAM ET REGIMINIS FELICITATEM  
A DIVINO NVMINE PRECATVS

HANC INAVGVRALEM DISSERTATIONEM

QVAM  
PATRIAE AMOR ET VERITATIS STVDIVM  
SVASIT

VETERVM CLIENTVM MORE  
OBSEQVI OFFICIQVE CAVSSA  
PIE AC DEMISSE  
OFFERT

TANTORVM NOMINVM

CULTOR DEVOTISSIMVS  
MARCVS TOBIAS MILLER.



Q. D. B. V.

SECTIO PRAELIMINARIS HISTORICA.

I. **A**ggressuri rem, nec nouam in se, nec omnino tritam, aut indignam, quae vltcrius secundum iuris regulas discutiatur, parum abest, quin fastidium quorundam vereamur, qui, quum nouerint, quam multa de *aduocacia*, ceu appelliant, *ecclesiastica*, eademque varie considerata, a viris longa legum meditatione, atque fori vsu, me longissime exercitatoribus sint scripta, forte totam commentationem nostram pro superuacanea, aut otiosa, reputare possent. Enimvero vt in omni actione, caeteroquin aliis simillima, diuersum tamen & peculiare aliquid spectari potest: ita etiam in omni re attributorum circumstantium varietas id efficit, vt, si in iuris censum vnaquaeque referatur, aliter de hac, & aliter de illa sit pronuntiandum. Igitur fas nobis quoque fit, de illa liberarum S. Imperii Romani ciuitatum *aduocacia*, qua

A

mona-



monasteriis tutela sua prouident, nonnulla commentari; neue in progressu vllus scopulus nos remorari queat, primum de notatione vocis, & mox de ipsius rei ortu, tantum fere dicere, quantum instituti ratio a nobis poscere videtur.

II. *Aduocatos* Roma quondam prius habuisse, quam existeret aduocatorum nomen, iure reputatur. Ipse enim Romulus, surgentis ciuitatis auctor, lege sacra sanxit, vt, quem vellet, quisque plebeiorum ex patriciis patronum sibi legeret; & patroni quidem, semel lecti, clientibus de iure responderent, absentiumque curam, aeque ac praesentium, in actionibus negotiisque contrahendis velut patres gererent, tum lites iustas pro clientibus susciperent, tandemque impetum accusatoris sustinerent: clientes autem, quo vicissim gratia constaret, patronos, quibus res angusta domi esset, opibus iuuarent suis, aliaque sancte obseruarent, quae apud *DIONYSIVM* Halicarnassensem 1) & *PLVTARCHVM* 2) plenius cognosci possunt. Integrum id quoque institutum mansit satis diu; & quis melioris notae aduocatos, seu patronos, optione data, sibimet experiisset, quam hos ipsos, qui gratuitis officiis clientes singulos demerebantur suos, nec muneribus corrumpi poterant, & ipso numero

1) *Antiquit. Rom.* lib. II. p. 84. f. ed. Lipsi 1691. fol.

2) *In Romulo*, p. 25. ed. Francof. 1629. fol.





mero clientum ita laetabantur, vt vix aliam rem magis ad honesti & praeclari viri laudem pertinere crederent? Itaque nec mirum erat, quando non collegia tantum ipsius Urbis, sed & vrbes sociae, coloniae, prouinciaeque, in huiusmodi patroni conquirentia tutela gestiebant, vt exempla, ab H. NORISIO 3) diligentius congesta, condocere possunt: quamquam, si dicendum, quod res est, prisca mores interim haud mediocriter mutati sunt, & isti integritatem gentium patroni temporum successu ab emungendis locupletium clientum oculis haudquaquam ita se abstinuerunt, vt rapacitas eorum aliquando coercenda non fuisset. Num verustiore reipublicae aetate simile quid a patronis sit commissum, eaque res causa fuerit, vt patronatus ille ab antiqua sua indole paulatim deflexerit, equidem non dicam: quum opinione quidem mea propius ad veri speciem accedat, legibus multiplicatis, partim rerum agendarum multitudinem, & partim iuris ignorantiam, in ciuibus potentioribus fecisse, vt soli per se satisfacere clientibus non amplius valerent. Altius nimirum ea res posebat studium, scientiamque solito maiorem: vnde factum, vt, si qui peritiores aliis in discernendis ac diiudicandis litibus, causisque defendendis, esse viderentur, illi etiam ab aliis, qui numero clientum proprie non censebantur, sicubi res postulabat,

con-

3) In Cenotaph. Pisani, diff. II, c. 7. p. m. 173. ed. Venet. 1681.





confulerentur, ac cessante illo, quod patronum inter & clientem intercessit, sanctiore vinculo, mercede etiam conducti responderent. Haec origo iureconsultorum, quorum domus aliquanto post patebat cunctis, qui de causae suae vel iustitia, vel iniustitia, doceri instruique cupiebant; qui & ipsi causas agere non recusabant, & nonnullo interiecto tempore *patroni* dicebantur; etiamsi a patronis, strictiore sensu ita adpellatis, aliquando vere differebant, quippe tela tantum ministrantes, quibus hi in causa strenue tuenda aduersarios configerent. 4) Praeclare CICERO 5) *priuate iudicia*, inquit, *maximarum quidem rerum in iurisconsultorum mihi videntur esse prudentia. Nam & adsunt multum, & adhibentur in consilio; & patronis diligentibus, ad eorum prudentiam confugientibus, hastas ministrant.* Vides, adfuisse illos, medio in foro scilicet; & in consilio adhibitos fuisse, domi nimirum respondentes: quod vtrumque satis indicat, cur *aduocati* postmodo sint nominati; 6) si vel maxime in foro ambulantes a clientibus, quin ipsis etiam iudicibus, aduocati non fuissent.

III.

- 4) Conf. FR. BRUMMER ad L. Cinciam, C. III. seqq. & L. G. HEINECCIUS in antiquit. Rom. L. I. tit. II. §. 29. seqq.
- 5) Topic. C. XVII.
- 6) CICERO pro L. Murena, C. IV. *si turpe existimas, te aduocatos illum ipsum, quem contra veneris, causa cadere: Vbi recte P. MANVTIVS: Hic aduocatus, ait, non est is, qui ad iudicium venit, et suam praesentiam commodat reo, -- verum is, qui de iure consulenti responsum dedit, & cuius consilio litigatur.*



III. *Aduocationes* veterum non longe persequemur; quum vox ipsa sit ambiguae significationis neque operam tantummodo patroni, aut accusatoris, in iudicio 7) sed et alia diuersa notet, ceu grammatici enucleatius ostendunt. Quin de aduocatis etiam, qui sub imperatoribus; cum primis vero sub augustis illis Byzantinis, operam iustitiae dederunt, nihil quidquam diceremus, propterea, quod olim fere toties cum oratoribus, patronis, & caussidicis miscentur, quoties eorum singulorum munere curatius expenso distinguuntur, 8) atque item, quod officium eorum omnium perpauca ad praesentem quaestionem nostram pertinentia suppeditat: nisi confirmatis iam Christianorum rebus aliquos conspiceremus, quos, ob aliquam similitudinem, indictos praetermittere hoc loco non poterimus.

IV. Videlicet non cuiuscunque generis, aequique, sed *ecclesiae* tantum, quo nomine hic coetum hominum piorum, atque Christo domino religiose seruientium, significamus, aduocatos in praesentia exquirimus

B

rimus

7) Vid. PLIN. Epist. lib. II. ep. XI. n. 19. vbi *aduocatio* pro *aduocatione* dicitur; similiter, vt L. V. ep. XX. n. 1. *Varenum*, inquit, quem nuper aduersus Bassum aduocatum & postularum, & acceperunt.

8) Conf. FRANC. POLLETI Historia fori Romani, L. II. c. I. & c. X. Itemque IAC. GV THERIVS, de offic. domus Augustae, L. III. c. II.



rimus. Quocirca facile cuilibet historiarum non ignaro patet, ecclesiam, quamdiu sub principibus, falsorum numinum cultoribus, multiplici malorum genere vexata est, tutoribus, & aduocatis adeo, qui iure agerent pro ipsa, & necessitates eius vindicarent, plane & omnino caruisse. Sed non citius, quam CONSTANTINVS ille I, rerum in imperio Romano summa solus potiretur, ista alcyonia apparuerunt. Ille primus omnium imperatorum nomen suum Christo publice professus, vniuersae huius ciuitati libertatem, vnum Deum sanctiore ritu atque caeremonia colendi, dedit 9) idolorum cultum sustulit, eorum templa partim diruit, partimque in Christianorum usus consecrari iussit; alia & noua sanctius habenda suis sumptibus aedificauit; formam regiminis ecclesiastici ad instar rei publicae ciuilis, aequae ac deinceps successores eius, instrui permisit; & quantumuis Metropolitanus, Archiepiscopus, Episcopusque non deessent, qui pro ecclesiae interioris, id est, animarum salute excubarent, tamen tanquam *communis omnium episcopus, a Deo constitutus, ecclesiae Dei curam gessit, ministrorum Dei concilia congregauit*, 10) lites animarum coelestium composuit, iudicesque caussarum ecclesiastica-

9) Constantini M. Ediſta pro Christianis omnia, legesque ecclesiasticas, sigillatim indicat I. A. FABRICIVS, in Salutarum Luce euangelii, c. XIII. p. 273. seqq.

10) Ita EVSEBIVS, de vita Constantini M. Lib. I. c. 44.

sticarum modo synodos, modo episcopus Romanos, modo praesides prouinciarum, constituit; ipsos vero episcopos contumaces honoris sui gradu deiecit, 11) alios instituit; 12) leges sacras de episcopis, haeresibus, ecclesiisque sanxit, & similiter canonibus ecclesiasticis decretisque conciliorum, vim & auctoritatem legum addidit; 13) nec temere eorum quidquam intermisit, quae ad *externam* ecclesiae constitutionem, gubernationem ac tranquillitatem faciunt. Eadem non filii tantum Imperatoris huius, sed & alii fecerunt successores, ut vel solus *CODEX* ille *THEODOSIANVS* comprobatur, cuius totus liber XVI. constitutiones complectitur ad personas & res ecclesiasticas omnino attinentes, eademque non in Oriente tantum, sed & a diuersis populis ad solem occidentem incolentibus, quae caeteroqui proprium ius habuerunt, id est, Visigothis, Ostrogothis, aliisque, comprobatae atque publice receptae. 14) Caeterum haec atque talia qui fecit, optimus ecclesiae patronus atque tutor forsitan vocari mereretur; sed quam tan-

B 2 quam

11) THEODORET. Hist. eccl. L. I. c. 20.

12) Id. L. I. c. 24.

13) Vid. Epistolae huius Imperatoris ap. SOCRATEM, SOZOMENVM, THEODORETVM, nec non Constitutiones in vitroque Codice.

14) Vid. IAC. GOTHOFREDI Prolegom. Codicis Theodos. C. III. seqq. Tom. I. p. CLXXXIX. & seqq.



quam *princeps*, cuius munus est videre, 15) ne ex  
ciuium, collegiorum, caetuumque actionibus, detri-  
menti quidquam capiat res publica, adeoque pote-  
state non subordinata quadam & pendente ab impe-  
rio ciuili, rerum iure proprio, id omne exsequutus  
fuerit, profecto aduocatum non egisse, sed *ius cir-  
ca sacra eminens* exercuisse, rectius dicetur. Ita vero  
de ecclesiarum aduocatis amplius videndum erit.

V. Libertatem, sanctiori illi, quae a Iesu Christo  
nomen gerit, ciuitati datam, alia sequuta sunt, quae  
saeculis prioribus sperare vix ac ne vix quidem licuif-  
set. Quum enim antea nil, nisi quod fideles partim  
ad eucharistiam digne celebrandam, pauperesque &  
in vincula coniectos una cum ecclesiae ministris su-  
stentandos, in commune liberaliter obtulerant, aut  
quae, urgente aliqua necessitate, ipsi quidem sibi in  
tributi alicuius modum imposuerant, 16) ecclesiae,  
vel, si malueris, praeposito illius colligenda & custo-  
dienda essent: alia post CONSTANTINVM facies ec-  
clesiasticarum rerum existit. Audiamus GRATIA-  
NVM,

15) Quid sit, cur maiorem curam princeps circa ecclesiam, quam  
alia collegia, gerere debeat, ostendit I. H. BOEHMERVS  
in Select. Obseru. ad Pet. de Marca, de Concord. S. & I. L. II.  
c. 1. p. 54. latius simul demonstrans, Constantinum M. iuris-  
dictionem in clericos omnino exercuisse; ib. p. 59.

16) Vid. TERTULLIAN. de persecut. fuga c. XIII. & XIV.

NVM, vel potius Pseudo-Melchhiadem 17) cuius verba ille in hunc modum recitat: *Constantinus, primus fident veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per uniuersum orbem, sub suo degentes imperio non solum fieri Christianos, sed etiam fabricare ecclesias, & praedia tribuere posse constituit. Denique idem praefatus princeps donaria immensa contulit, cact. - - Ab illo etenim tempore, & deinceps viri religiosissimi non solum possessiones & praedia, quae possederunt, sed etiam semetipsos domino consecrarunt, aedificantes in suis fundis in honorem sanctorum martyrum per ciuitates, ac monasteria innumera, in quibus caetus domino seruientium conueniret.* Haec ille, quibus aequa ratione addimus, quo longius ab illo *Constantini* tempore progressa est ecclesia, eo plures acquirendi modos etiam excogitados esse, nempe quum episcoporum principatus anhelantium, & dignitatibus similiter, vt in republica ciuili, eminentium, ambitio, & auaritia, cum aulae splendida magnificentia, maiores & constantes reditus deposcerent, & bona illa, quae huc usque patrimonium pauperum ac Dei esse dicebantur, propemodum folius cleri propria putari inceperunt. 18) Neque ergo prorsus diffitebimur, ecclesias iam ante *Carolum*, imperii in terris Occidentis reparatorem, fundatas ali-

B 3

quan-

17) c. 17. C. XII. qu. 1.

18) Conf. IVST. HENNING. BOEHMERI ius eccles. protest. L. III. tit. V. §. 10. vol. II. p. 263, seqq.



quando, & optima bona eis ita, vt accederent ipsarum patrimonii, donata esse, ea lege seu conditione, vt, qui dedit ista, item vt heredes eius, inspectionem quamdam in haec bona ecclesiastica, sublata ramen potestate iuris proprii, id est eatenus tantummodo, ne quid eorum pessum dari posset, retineret: quo quidem ipso *iuris patronatus* semina quodammodo fuisse sparsa etiam largimur. 19) Sed quum utique patronus plura sibi vindicet, quam aduocatus, & eorum iura, utpote vere diuersa minime confundi debeant; discrimen quoque illud verbo indicasse potius, quam explanasse, sine dubio suffecerit.

VI. Accedamus ad rem ipsam aliquanto propius. Bona, quae iam non solum ecclesiastica, sed & mox spiritalia vocari caeperant, non alius magis, quam episcopi, administratione, satis tuta esse, vulgus credit, & clerus persuadere laicis non intermisit. Inde tot Conciliorum canones & constitutiones aliae, vt suprema eorundem cura & inspectio episcopis relinqueretur. Sed quam praeceps illud fuerit iudicium, mature atque cum ipsius cleri damno cognitum est. Etenim episcopi non ita pauci suae patrimonium ecclesiae dilapidare, aut in usus suos adhibere non adubitarunt; 20) qua re factum, vt iam in concilio

CHAL-

19) Vid. GRATIANVS, c. 30. 31. C. XVI. qu. 7.

20) Vid. b. I. L. MOSHEMIVS in inst. Hist. eccl. in 4. p. 267. §. III.



CHALCEDONENSI IV. 21) in hanc patres conspirauerint sententiam: *quoniam in nonnullis ecclesiis, ut saepe a nobis auditum est, episcopi sine oeconomio tractant res ecclesiasticas, placuit omnem ecclesiam, episcopum habentem, ex proprio clero oeconomum habere, ut nec sine testibus ecclesiae sit administratio, nec ideo res eius dissipentur, & probrum ac dedecus sacerdotio imratur. Quum vero aliqui episcoporum postmodo oeconomos ex laicorum numero haberent, patribus Concilii HISPALENSIS II. 22) iterare hoc decretum Chalcedonense visum est, addita, ni fallor, nimium arguente ratione, quod & lege Mosis interdictum sit, ne in boue simul & asino aremus. Vtut hac de re videbitur, aliae, cur laicos tum temporis aspernarentur, rationes non deficiebant; inter quas si vnam istam memoremus, quod iidem illi ecclesiasticarum rerum administratores etiam excipere & instituere actiones nomine ecclesiae, aliarumque rerum curam insimul habere saeuerint, fortasse, quantum satis est, dixerimus. Et quum istuc deuenerimus, iam subit animum Ecclesie dicorum, quos Latini Defensores ecclesiae appellant. Nimirum quum antistites ecclesiarum hierarchiam suam, ut iam supra obseruauimus, ad formam reipublicae ciuilibus componere allaborarent, atque*

21) Habito A. Chr. 451. can. XXVI.

22) Hab. A. Chr. 619. can. IX.



atque in hac defensores Senatus 23) defensores ciuitatum 24) defensores rerum publicarum, 25) aliique essent, quorum fuit, corporis collegiique sui syndicos nec non procuratores agere: quidni pauperum ecclesiaeque defensores confimiliter, & in eundem finem, deligi constituique debuissent? Ita Concilium CARTHAGINIENSE V. 26) decreuit, ab Imperatoribus postulandum esse, vt *pauperibus defensores* aduersus potentias diuitem cum episcoporum prouisione delegentur. De *ecclesiae vero defensoribus* Concilium MILEVITANVM 27) hunc in modum loquitur: *placuit, vt petatur a gloriosissimis imperatoribus, vt iubeat iudicibus dari sibi petitos defensores scholasticos, qui in actu sint vel officio defensionum caussarum ecclesiasticarum, more sacerdotum prouinciae, vt iidem ipsi, qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis ecclesiarum, quoties necessitas ecclesiarum flagitauerit, vel ad obstitendum callide decipientibus, vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda ingredi iudicum secretaria.* Habes ergo defensores ecclesiae, ab imperatoribus augustis peti solitos, sed & ecclesiis facillime concessos, quum istarum quoque causas legitime &

23) Vid. VI. Cod. Theodof. Tit. III. 2. 2.

24) Cod. L. I. tit. 56. de defensoribus ciuitatum.

25) Digest. L. XLIX. tit. IV. 1. 1. §. 13.

26) Hab. anno Chr. 398. can. IX.

27) Hab. a. Chr. 416. can. 16.



& rite disceptari, reipublicae totius interesset. Nec dissimulandum, apud Graecos Primi Defensoris officium haud paulo amplius & honoratius fuisse, 28) quam apud Latinos: quamquam in hac etiam occidentali ecclesia Defensor iurisdictione aliqua certissime gauisus est. Testis ea in re locuples S. GREGORIUS, cuius in epistolis non modo frequens & honora defensorum mentio, sed & binae formulae supersunt, quarum altera 29) auctoritatem defensori, circa res ecclesiae, colonosque eius & mancipia, seuerere exercendam, tribuit; altera autem 30) quoniam res cum personis, ecclesiae Romanae non obnoxiiis agenda erat, defensori suo non tam iudicandi, quam arbitrandi, officium iniungit. Quid vero? nam oeconomus ac defensor ecclesiae diuersi igitur fuerunt, an iidem? prius statuendum esse nulli dubitamus, quum profecto alterum ab altero distingui passim obseruemus. Multorum testimoniorum loco vnam legem, 31) siue legis particulam, adscribimus.

C

Cum

- 28) Apud hos nimirum post dignitates patriarchalem & episcopalem prima erat Oeconomica. vid. IO. MORINVS, in commentar. de sacris ecclesiae ordinationibus, Exercit. XVI. f. 7. p. 229. Interim ex L. 23. Cod. de Ep. & cler. cuius verba statim recitabimus, elucet, oeconomum apud Ecclesiae defensorem conueniri potuisse.
- 29) Ad Colonos patrimonii Syracusani scripta.
- 30) Ad Fantinum defensorem, L. X. ep. 4.
- 31) L. 33. Cod. de Episcop. & cleric.



Cum in provinciis ex eius, qui regit provinciam, fuerint sententia, vel interlocutione conuenti non alios, quam ecclesiae propriae defensores, seu quos oeconomos appellant, fideiussores praebent. In hac autem inclita Vrbe inuenti, ex quacunque provincia uenientes, cum in tuae amplitudinis iudicio (quod eis solum delegauimus) lite pulsati fuerint, reuerendissimi orthodoxae fidei sacerdotes, seu certe oeconomi, aut ecclesiae defensores, seu clerici in causis civilibus suis, siue ecclesiasticis, nulla praebendi fideiussores molestentur iniuria. Et nonnullis interiectis: in causis ecclesiasticis nullum alium conueniri fas sit, nisi eum, quem dispensatorem pauperum, id est oeconomum ecclesiae episcopi tractatus elegerit, hunc enim sine dubio a sacerdote conuenit ordinari: quem tamen conuentum defensoris ecclesiae fidei committi praecipimus. Caeterum hoc solis forsan in ecclesiis maioribus 32) causisque grauioribus, in usu fuit. Namque in minoribus nil obstitisse arbitramur, quo minus aliquando actiones excipiendae & instituendae etiam oeconomo demandarentur.

VII. Restant monasteria, de quibus separatim aliquid dicendum est, quum certe pluribus in rebus horum

32) Constantinopoli, (teste antiqua *Noriria*) erat. Primus Defensor, qui cum aliis defensoribus leuiores causas ad ecclesiam delatas iudicasse, easque ad episcopum remisisse dicitur. Fuisse autem Defensores in quibusque cathedralibus ecclesiis, difficilius probabimus.



horum & ecclesiarum dispar ratio obtineat. Vt enim non dicamus, etiamnum HIERONYMI 33) aetate, *genus monachorum detestabile* permultis in ecclesia Latina visum esse, eorumque instituta adeo in Occidentem ferius omnino penetrasse: illud quidem, nisi fallimur, praecipui momenti est, quod adhuc Iustiano imperante utique non clero, verum laicis, adscripti, & proinde in spiritualibus, quod & ipsum tamen sensim factum est, cuiusque dioeceseos episcopis, subiectione civili autem regibus principibusque suis, quin & iudicum inferiorum potestati, obtemperare iussi sint. 34) Verum ut antistites ecclesiarum, ita etiam Abbates, rebus suis melius prospicere in dies didicerunt. Multis horum taedio diuidiaeque erat, ab Imperatore constitutum esse: 35) *monasteria degunt (seu censentur) sub episcopis territoriorum suorum, & Abbatum quidem curam gerant episcopi, monachorum vero Abbates.* Illi vero tot possessionibus locupletari monachos, quos ipsaemet ecclesia ditari potuisset, saepe aegrius ferebant, & nonnulli etiam haud satis temperabant manibus, quo minus in easdem istas inuolarent. Ea re conspecta ad imperatores atque reges; quumque ne sic quidem satis tuti esse sibi viderentur, ad Pon-

C 2

tificem

33) HIERONYM. ep. 24. ad Paulam.

34) Vid. I. H. BOEHMERI I. E. Protest. lib. III. tit. 35. §. 15. Vol. III. p. 318.

35) L. 40. Cod. de Episcop. &amp; cleric.



tificem Romanum monachi confugiebant, qui postremus quoque eos libentissime recipiebat in tutelam suam, & quod attinet ad patrimonii administrationem, sensim paullatimque aliquos ab episcoporum iurisdictione eximebat. 36) Ita monachi res suas sibi habere fere iam a Saeculo post Christum natum VII. incipiebant, opibus possessionibusque in dies augendi: quamquam hae exemptiones non eiusdem erant generis, atque illae, quae deinceps saeculo XI. inualuerunt, monachique per id temporis in spiritualibus episcopo, ut pridem, auscultare, & imperio civili antiquum obsequium praestare tenebantur. 37) Addere iuuabit verba ST. BALVZII, 38) priscum monasteriorum statum scite describentis, atque *monasteria*, inquit, *ut saeculi nostri verbis utamur, erant per eas tempestates immediate subiecta auctoritati regiae, & ad eam, nullo medio, respiciebant. Et quoniam eo praesidio monasteria indigebant, ut facilius occurre-*

- 36) Displicuisse tamen illud factum ordini episcoporum, quum aliunde satis constat, tum exinde etiam efficitur, quod in Concilio Nicaeno II. a. 787. can. XI. praecipitur, ut Metropolitanis, si, qui sunt sub ipsis episcopi, oeconomos habere neglexerint, ipsi tales auctoritate sua constituent; itemque *ut hoc ipsum quoque in monasteriis, seruetur.* Caeterum de his exemptionibus conf. 10. LAVNOII assert. inquit. in chartam immunit. S. Germani, Opp. t. III. p. 50. f. & ST. BALVZII miscell. tom. II. p. 159. it. tom. IV. p. 108.
- 37) Vid. I. H. BOEHMER, ius eccl. prot. L. III. T. XXXV. §. 26. vol. III. p. 326. f.
- 38) Not. ad *Lupum*, p. 344.



occurrent contradictionibus siue episcoporum, siue aliorum quoruncunque, ii, qui monasteria de nouo fundabant, ea ponebant sub tuitione & defensione principis. Et sane principes fuerunt, qui dein sub Francis, qui & post-hac aduocatos monasteriis dederunt, eiuscemodi auctoritate iis impertita, vt oeconomorum atque defensorum ecclesiae in iis successores facile intelligas.

### SECTIO SECVNDA IVRIDICA.

I. Indagatis & inuentis ergo antiquissimis aduocatae originibus, iam inoffenso pede, vt speramus, ad rem ipsam explicandam nos accingimus. Et hic primum meminisse interest, insignem vniuersae reipublicae conuersionem factam esse, posteaquam *Carolus*, *Pipini* filius, quem deinceps ob res fortiter & gloriose gestas *Magni* nomine cohonestarunt, non in Francia tantummodo, sed & multis aliis in regionibus, cum primis autem in Italia, imperium & potestatem suam stabiliiit; quin communicata cum *Leone III. P. R.* Patricii Romani dignitate A. Chr. 800. diademate Imperiali in terris occidentis caput suum redimiri passus est. Scilicet res & negotia, iam inde ab a. 751. inter Francos & pontifices Romanos gesta, roborari etiam debebant; quumque tandem *Carolus*, seruato sibi in Urbem Romam, tractusque eius, Imperio supremo, Pontifici dominium, quod vocant, vile,



vile, & iurisdictionem illi quidem, quam Exarchi adhuc habuere, non dissimilem dedisset, 1) vnum hoc vel maxime agendum erat, ne, Pontifice in pristinas angustias delato, Graeci res amissas repetitum irent, atque oleum Pontificis cum Franci opera periret. Igitur pro iure illo, quod in ditiones istas minime abiicit, maiestatico, nec minus, quod id ipsum Status ratio exposceret, *Carolus* Pontificem securum esse iussit de tutela sua, ac defensionem omnium donationum pridem ac nuperrime factarum ipsemet suscepit, quippe qui iam antea nunc Patricii Romani titulum nunc *deuoti S. ecclesiae defensoris* atque *adiutoris* 2) in edictis suis usurpauit nomen.

II. Alius vero generis fuisse defensorem illum *Carolum*, quam istos ecclesiae Romanae defensores, qui a Praefule Romano mitti in prouincias suouerunt, vt auxilium Romanae sedis implorantibus adessent, aut legata distribuerent pauperibus, aut ne patrimonia ecclesiae Romanae constituta detrimenti quid acciperent, sollerter prouiderent, 3) num quid dicere hic attineret? Etenim qui ita cum mandatis missi sunt,

1) Vid. illustriss. Comes de BÜNAV, hist. imp. R. G. tom. II. p. 537. & reuerendiss. I. L. a MOSHEIM, in Instit. hist. eccl. in 4. p. 298. f.

2) PETR. de MARCA, de Concord. sacerdot. & imp. L. I. c. 12. p. m. 72.

3) Vid. IO. MORINVS, loco superius citato.





ex ministrorum numero, opinor, excipi non possunt: at hic *Carolus* Romanae Urbis Pontificisque adeo, qui sacris eius rite conservandis praest, IPSE DOMINVS, vt facta numero innumera sub ipso atque filiis loquuntur, qui praeterea ius circa *Sacra* eminenter prorsus exercere numquam destitit, & quoribus his Romae inter praefulem & populum, seu alios, oborta iudicanda erat, maiestate sua grauiter omnino vsus est: hic, inquam, sedis apostolicae defensionem suscipit, & nomen Defensoris non formidat. Videant proinde, qui imperatori praeter aduocationis seu aduocatae ius in Vrbe Roma, pontificibus commissa, nil relictum esse opinantur, annon verbis ludant; quumque idem aliquando dictus fuerit ecclesiae defensor atque aduocatus, annon appellatione ista, quae haud secus, atque numi, ex valore suo aestimanda erat, male abutantur. 4) Voluit tueri *Carolus*, quae pon-

4) NATALIS ALEXANDER, tom. IV. Hist. eccl. p. 319. de *Carolo M. suscepro imperio*, inquit, *summam Romae iurisdictionem exercuit*. FR. PAGI autem, in *Critica Anti-Baroniana*, tom. III. ad an. 823. n. 1. *Imperatores*, ait, *Francici praeter Defensionem & Protectionem ecclesiae supremo dominio in vrbe potiti sunt ex concessione Pontificum Romanorum, ad quod quorundam Romanorum insolentia eos adegit*. Scilicet pontifices id concessere Carolo, quod ipsi antehac non habuerunt. Sed fatis est, dominium hoc ipsos etiam abiudicare Carolo non posse: quamquam adiecisse refert, quae *Henricus I.* suo privilegio de *Regalibus b. Petro* concessis, apud CAES. BARONIUM ad a. 1014. prudens inseruit: *Nos, in quantum possumus, defensores esse tenemur, ad hoc,*



pontificibus concessit; inde Defensorem etiam Romanae sedis se futurum esse contestatus fuit; ac si fidem eius rei papae non dedisset, tamen ad hanc sedem apostolicam, similiter vt alias ecclesias in terris suis, defendendam atque protegendam, vi potestatis regiae, quae ius sacrorum simul in se continet, iam obligatus erat. Quantum vero hic imperii in Occidente instaurati auctor Romae sibi reseruauit, tantum, quoniam illius iura in hac ipsa potestate regia verissime fundata erant, pariter ad omnes eius posteros, successoresque in Imperio transmitti debuisset. Et quantumuis artibus paparum illud ius successu temporis sic fuerit restrictum, vt cum illo pristino vix comparari possit: tamen quoadusque Imperator iuri suo in Imperii antiquam sedem, id est, Romam, non renuntiat, aduocata eius, si necessitas efflagitet, nec

*vt eam illi (pontifices) dirionem ad vrendum atque disponendum firmiter valeant obrinere, salua in omnibus potestate nostra, posterorumque nostrorum, secundum quod in pacto & constitutione, ac promissionis firmitate Eugenii pontificis successorumque illius continetur, vt omnis clerus, & vniuersi populi Romani nobilitas, propter diuersas necessitates, & Pontificum irrationabiles erga populum sibi subiectum asperitates retundendas sacramento se obliget, quatenus futura pontificum electio, quantum vniuscuiusque intellectus fuerit, canonice & iuste fiat, & vt ille, qui ad hoc sanctum regimen eligitur, nemine consecratus fuit Pontifex, priusquam talem in praesentia Missorum nostrorum, seu vniuersae generalitatis faciat promissionem pro omnium satisfactione &c. En Urbis, papae, cleri, & nobilitatis Romanae dominum, eundemque simul iurium eiusque defensorem.*

nec rationes grauiore obſtent, hodieque recte implo-  
ratur, petiturque. Dicant ergo alii, quoniam id no-  
ſtra parum refert, aliam Imperatoris aduocatiā eſſe,  
qua ſe vniuerſae ciuitati Chriſtianae obligauit, atque  
aliam, qua tuitionem ſpecialiter eccleſiae Romanae  
aut Germanicae promittit: 5) ſi modo certum ma-  
neat, alteram earum alteri non poſſe aduerſari:  
quum & tempore recentiori Proteſtantibus proſpe-  
ctum fuerit, vt ſimiliter de Caefaris tutela, vt  
Pontificii, omnino gloriari poſſint. Argumento  
ſunt diuerſae Caefarum capitulationes, inter quas  
*nouiſſima ſic inſit: 6) daß mir in Zeit ſolcher unſe-  
rer koeniglichen wuerden, amt und regierung, die Chri-  
ſtenbeit, und chriſtliche Kirche, als derſelben Aduocat, in  
guten treulichen Schutz und Schirm halten ſollten und  
wollen. - - So viel aber den Stuhl zu Rom und Paebſt-  
Heiligkeit betrifft, wollen die der Augſpurgischen Confeſ-  
ſion zugethane Churfürſten vor ſich und ihre Religions-  
verwandte Fürſten und Staende (einkluffig derſelben Re-  
ligion zugethane freyen Reichs - Ritterſchafft) Uns da-  
mit nicht verbunden haben; geſtalten dann auch gedachte  
Aduocatia dem Religion- und Proſan, auch dem Mün-  
ſter- und Oſnabrückiſchen Friedensſchluffe zum Nachtheil  
nicht angezogen, noch gebrauchet; ſondern den obgedach-  
ten Churfürſten und ſaemtlichen ihren Religionsverwand-*

D ten

5) Vid. B. G. STRV VII Synt. iuris publ. c. X. §. 29.  
6) Art. I. §. 1. & 10.



ten im Reich gleicher Schutz geleistet werden solle. 7) Et qui aliter Imperator Caput Christiani populi in Aurea Bulla; itemque in Rec. Imp. Trevir. & Colon. an. 1512. §. 4. *Rechter Vogt und Schirmherr der Christlichen Kirchen*; in August. an. 1518. §. I. *der Heil. Christlichen Kirchen rechter Vogt, Schutz- und Schirmherr*; in Spirensi an. 1529. §. I. *Oberst Haupt und Vogt der Christenheit*; iterum in August. 1530. §. 9. *oberster Vogt und Schirmherr der Heil. Christlichen Kirchen*, & ita saepius 8) vocari potuisset.

III. At enim otio abundaremus, si, quae dici de hoc argumento possunt ac merentur, in praesentia conquirere vellemus. Satis bene ista dudum sunt exposita ab aliis. A nobis quidem paucis verbis eius rei mentio iniicienda erat, ut constaret primum, summae Maiestatis esse, cunctis de tutela providere, qui in regionibus terrisque summi principis, in subiectorum numero censentur; quidni ergo etiam ecclesiae? Tametsi enim principi ius aliquod *in Sacra* non conveniat, propterea quod illa strictius ad verbi patefacti normam, quam humana ac terrena nulla admodum

7) Conf. G. SCHWEDFRI diff. de Aduocata ab Imperatore Protestantium ecclesiis non minus, ac Romano-Catholicis, aequali iure praestanda. C. A. BECK de triplici aduocata Imperatoris in ecclesia. I. P. SLEVOGT. de aduocata Imperatoris ecclesiastica.

8) Conf. potest L. F. PFEFFINGERI Vitriarius illustratus, L. I. tit. 4. n. 8.

dum potestas immutare potest, in aeterna saecula componi debeant; ius tamen *circa sacra* ei, qui vniuersae praeest reipublicae, vel ipso iure naturali competit. 9) Quod ipsum, ceu opinor, facile patere posset omnibus, si modo tot nominibus id ipsum ius antiquitus non inuolutum esset, vt diuersa multis videntur, quae natura sua eadem existimari debent. Praeclare perillustris L. B. de CRAMER: 10) Si, quod res est, dicendum, ius *circa sacra* tamquam genus omnium reliquorum iurium ecclesiasticorum proprie a iure dioecetano non differt, nisi forte in hoc, quod illud de iure principum, quae talium, hoc potius episcoporum iure praedicetur. Interim iura haec *circa sacra* Statibus imperii competentia, & post reformationem sacrorum per pacem religiosam & Westphalicam stabilita, atque determinata, variis insigniuntur praedicatis in Instrumento Pacis. Modo enim appellantur ius reformandi; modo ius, quod Statibus immediatis ratione territorii & superioritatis in negotio religionis competit; modo ius dioecesanum; & iurisdictio ecclesiastica; modo ius episcopale; modo liberum iuris territorialis, tam in ecclesiasticis, quam politicis, exercitium; modo demique ius *circa sacra*. His paullo planius perspectis opus esse non videtur, vt de iure

D 2

hoc

9) Vid. b. BOEHMERI ius eccl. protest. Lib. I. tit. 31. §. 21. p. 730.

10) Os illud Themidis Germanicae, & quod Horatius de Maecenate suo dixit, praesidium & dulce decus meum, in obseruat. iuris vniuersi, tom. II. obs. §77. §. 2.



hoc ecclesiastico, quod Imperatori primum competit, deinde vero etiam diuersis Statibus Imperii recentiori aeuo restitutum est, subtiliter aut copiose disputemus; quum limitibus haud paullo arctioribus describi possit argumentum nostrum, quod in limine posuimus.

IV. Ponamus vero primum, *ius aduocatae*, si in genere spectetur, esse *ius clientes fiduciarios, eorumque bona, aduersus vim & iniuriam de iure ac de facto defendendi*. Ita nobiscum sentire arbitramur MART. MAGERVM a SCHOENBERG, II) quamquam ille adicit nonnulla, quae plerumque accidunt, eoque applicari ad quascunque aduocatae species non possunt; imprimis vero P. M. WEHNERVM, 12) atque ipsum *perill. l. b. de CRAMERVM*, 13) Consulto autem diximus clientes cum bonis suis, ne quis de personis tantum ea intellecta velit: quemadmodum & istud obseruare conuenit, vim & iniuriam hoc loco ita accipi debere, vt alterutra ad munus aduocati exercendum iam sufficiat, quum vis esse queat, vbi nulla intercesserit iniuria, & vicissim. Caeterum si vulgo etiam aduocata haec in *Maestaticam* & in *Partitiam* dispesci solet: de vtraque iam seorsum aliqua dicenda erunt.

V.

- 11) In erudito & vasto opere, quod de *Aduocata armata* inscripsit, C. IV. n. 22.  
 12) Obseruat, select. voc. *Vogrey*, p. 490. edit. nouiss.  
 13) Qui succinctam de *aduocata maestatica* commentationem dedit, in *Obseruat.* antea laudatis, obs. 573.



V. *Maiestatica* iam ipso suo prodit nomine, quid rei sit, & vnde fluat. *Maiestaticum* vocatur enim, quod summus imperans, vi supremæ inspectionis in rempublicam, in eadem hac exercet. 14) Itaque hæc species aduocatiæ non aliunde rectius, quam ex ipso imperio civili deriuatur, a quo, si naturam rei spectes, segregari etiam ius circa sacra nequit. Sunt enim, vt rectissime b. BOEHMERVS hætenus docet, 15) ecclesiæ, & adeo coenobia, nil aliud, quam cætus particulares in republica, in quos aequè, vt in alia collegia, imperanti ius inspectionis saluum atque integrum permitti, quin committi, atque eo magis quoque commendari debet, quo funestiora mala ex neglecta cura illa in rempublicam & ipsam redundare dudum consueuerunt. Neque adeo erramus, si hanc speciem aduocatiæ illis omnibus, qui iure territoriali gaudent; legibusque aliis, cuiusmodi sunt pontificiæ, obstringi se non patiuntur, in ecclesias & monasteria districtus sui proprie comperere adseruerimus. Sed si ita res est comparata, cum perill. L. B. de CRAMER 16) profitendum erit, eiusmodi aduocatiæ maiestaticam, aduocatiæ *nomen vix mereri; quum territorii dominus potius, qua talis, quam vt aduocatus, eiusmodi iura sublimia exercent.* Quin

D 3

14) Perill. L. B. de CRAMER. obs. 419. §. 6.

15) In iure protest. eccles. L. I. tit. 31. §. 44. seqq. add. GEORG.

LVDOV. BOEHMERVS princip. iuris canonici, §. 21. sq.

16) Obs. 573. §. 10.



igitur, repudiato aduocati nomine, insigne illud alterum, quo vel *Defensor*, vel *Protector* idem ille appellatur, 17) tamquam Caesaris augustae dignitati, aliisque Statibus Imperii conuenientius, praeferimus? imo vero nostrum non est verbis imperare, & loquendi usum linguae tyrannum esse patimur.

VI. Interim *pacifica* aduocatia quoque habet, quae curatius discerni promerentur. Haec a *pacto* siue *pactione* nomen ducit, quia fere pacto aliquo intercedente ecclesiarum atque monasteriorum aduocati quondam constituti sunt. Ita *Carolinis* etiam temporibus, quum ad repellendos hostes ecclesia hic illic validissima tutela indigeret, eaque auxilium a semet ipsa non haberet, quoniam, vt *GUIDO abbas Clarae uallensis* aliquando referebat, 18) *castella & arces ecclesiae cathedrales non habebant, nec incedebant pontifices loricati*; alii eorum aduocatos nunc ab ipso rege, nunc a summis pontificibus petebant, aut accipere ab iis iuebantur. 19) Nonnullis vero etiam episcopis abbatibusque ea est libertas data, vt, *qualemcumque sibi sua sponte elegerint, haberent aduocatum*. Cum ple-

17) GREGORIVS IX. P. M. in Epist. ad FRIDERICVM II. Imper. Quum aduocatus ecclesiae intelligi debeat, quod Defensor, si Defensoris omittis officium, nomen improprie retines aduocari.

18) Vid. STEPH. BALVZ. in Miscell. L. II.

19) Conferri potest CHRISTOPH. LEHMANNVS, in Chron. Spirensi, L. II. c. 36.



plerisque horum pactiones interponebantur, ne qua pretium suscepti oneris deesset, siue armis & in bello res agenda esset, seu in foro. Nimirum vt electiones istae primo quidem in Comitum praesentia institui solebant: ita etiam delecti aduocati illi Comitum illorum interesse placitis, ac, ceu patroni, ecclesiarum suarum iura tueri tenebantur. Factum vero postea, vt Aduocati, id quod ante apud Comites fiebat, per se instituere iudicia, & ius ipsi dicerent ecclesiae vasallis, haud sane quando & quoties collibuisse ipsi, sed si ab ecclesia, cuius erant aduocati, ad ea placita habenda inuitarentur. Et hic adeo pars tertia *bannorum*, seu mulctarum, quae in reos & iniuste litigantes decernebantur, aduocato, duae autem reliquae ecclesiae aut monasterio cedebant. Ad haec in quibusdam locis Aduocatus praeter ea, quae placitando acquiruntur, de singulis mansis praestationem exigebat, in quibusdam vero etiam *seruitium*, id est, cibaria pro sese famulisque suis definita, ab abbate monasterii accipiebat. Quae quidem omnia, & alia, apud CAR. du FRESNE 20) copiosius discenda, satis & abunde monstrant, quam diuersa, pro necessitatis atque loci conditione, pacta olim in constituendis aduocatis inita sint, quamque adeo diuersa ipsamet pactitia aduocata 21) apparere debeat.

## VII.

20) In Glossario Latin. voc. *Aduocatus*, tom. I.  
 21) Variam & ambiguum esse & significationem, & usum verbi ac iuris



VII. Vidimus quodammodo aduocatae vtriusque indolem; sed *modos*, quibus olim vtraque, vel etiam alterutra aduocata obtineri suevit, nondum vidimus. Hos inter autem primas partes iure adsignamus ei, quae *fundatione* ipsa vel ecclesiae, vel monasterii, acquiritur. Inualuit nimirum consuetudo inde iam a *Carolino* tempore, ut animam non certius saluari, & peccata expiari citius non posse creduli existimarent, quam si monasteria erigerent, vel alias donationes facerent ecclesiae. *Carolus*ne autem ipse formulam hanc usurpauerit, an *Hadriani* papae stilo verba illa: *Venientes ad nos de Capua, quam beato Petro, apostolorum principi, pro mercede animae vestrae, atque sempiterna memoria cum ceteris ciuitatibus obtulistis, debeantur, 22)* equidem non disputabo: ita vero homines illius aevi cogitasse, ita eos varie a clericis edoctos, atque ex persuasione illa tot vbiuis fere monasteria non multo post exstructa esse, monumenta temporum illorum paene omnia testantur. Quid si vero fundatoris beneficium, datumque *pro redemptione animae* insigne pretium, vel monachorum luxu dif-

fluens iuris *Vogey*, pro diuersitate loci, & consuetudinis, pacti, & praescriptionis, adductis pluribus istius speciebus & exemplis, verissime concludit P. M. WEHNER, d. l. p. 484. b.

22) Leguntur certe ista in Epist. ad *Carolus* M. quae XCII. est Codicis *Carolini*, in *MURATORI* scriptoribus ver. Ital. tom. III. P. II. p. 267. *Pro redemptione animae suae* dixit fundator monasterii *Wengensis*, de quo plura inferius.

fluentium (namque huius atque aliorum quoque vitiorum testimonia haud numeranda existant) incuria, vel aliorum violentia, vel quacunque alia de causa, interiret? Imo quidem ob id ipsum multi monasteriorum fundatores hoc discrete sibi referuarunt, ut ipsi, atque posterii ipsorum, in perpetuum istorum monasteriorum Aduocati, Protectores, & Conseruatores essent. Et omnino etiam in hisce aliqui inueniuntur, qui quum ipsi iure territorii pollerent, vere maiestaticam aduocatiā in hoc monasterium a se fundatum, sibi & familiae retinuerunt suae, exercentes omnia, quae exercere domino & superiori in clientes suos licet. Exemplum huiuscemodi aduocatiāe H. MEIBOMIVS ostendit, in *Orat. de Helmstadio*, 23) ubi recte admodum obseruat: *aliquando, ubi ecclesiae, aut monasteria sita erant in territoriis Aduocatorum, habebant Aduocati super bona ecclesiastica, & in ecclesiae subditos, ius territorii, collectandi, sequelae, homagium a subditis exigendi & recipiendi, confiscandi, & plura alia, quae potestas, Superior Aduocatiā, iureconsultis vocatur. Neque aliter MAGERVUS, constituitur, inquit, 24) atque exurgit Aduocatiā iure territorii, ex eo scilicet, quod monasterium aliquod, vel collegium ecclesiasticum, in territorio alicuius principis existat, vel cum consensu*

E  
domi-

23) In *Scriptorib. rer. Germ. eiusd.* MEIBOM. tom. III. locum vero etiam excitauit perill. L. B. de CRAMER, *obf.* 573.

24) d. l. *Cap. IX. n.* 648. 649. & 650.



domini illius territorii exstructum fuerit. Plerumque enim Principibus in coenobia, sub eorum districtu sita, competit aduocatia, seu inspectio administrationis iustitiae & temporalium, vt sine horum consensu bona immobilia monasterii alienari, vel oppignorari nequeant. Haec ille, addens etiam, inprimis serenissimi Austriae Archiduces respectu hereditariarum Aduocatiarum tam in monasteria, quam in episcopatus, in prouinciis ac ditionibus suis collocatos, territorii iure competentium, specialiter ac nominatim ab Imp. prouisos ac priuilegiatos esse. Nec DAN. HEIDERSVS silentio praetereundus, qui constitui aduocatas, ait, 25) iure territorii, ita vt princeps, in cuius ducatu, episcopatus, collegia, monasteria sita sunt, exinde in iis *Mundiburdium* 26) habeat, nisi, tales ecclesiae nominatim exemptae sint. Atque hi proinde aduocati etiam praecipue sunt, qui *hereditarii, nati, legales*, atque *ordinarii* vocari consueuerunt.

VIII. Aduocatae illi maiestaticae iam quidem proxime videretur esse adiungenda alia, pacticia in se, sed isti

25) Bericht v. alten Reichs- und Casten-Vogtleyen, P. II. p. 277.

26) H. GROTIUS, *de iure belli ac pacis*, L. I. c. 3. §. 21. n. 1. quaestionem illam soluens, an summum imperium habere possit is, qui inaequali foedere tenetur? ad hoc genus imperii referenda esse ait iura quaedam eorum, quae nunc vocantur protectionis, aduocatae, mundiburgii. Postremam illam vocem explicat IO. FR. GRONOVIVS *ad b. l.* Sed certe plusculum iuuabit consuluisse CAROLVM du FRESNE, in *Gloss. Lat. voc. Mundiburdus*, & seqq.

isti tamen maxime adfinis, quum & ipsa sit hereditaria, nec pactum aliquod cum monasterii abbate, aut praeposito, sed vno atque solo territoriali domino supponat. Pactum illud his conditionibus absoluitur, vt Fundator aere suo fundum redimat, monasterium in eo excitatum dote instruat, aduocatiam sibi ac heredibus reseruet; & ius patronatus territoriali domino concedat. Differt igitur hic aduocatus ab eo, qui iam ante gaudet iure territorii, ac simul ab eo, qui pro arbitratu monasterii adsumtus est, quum ipse scilicet non a Superiore quodam, non ex adsignatione aliqua episcopali, nec electione, verum lege, quam is ipse scripsit monasterio, ac domini, in cuius territorio id situm est, consensu, aduocati ius & munus sumserit, susceperitque. CAR. du FRESNE: 27) *Saepe ecclesiarum fundatores ipsi earum aduocatiam sibi & posteris reseruabant, vt in Chronico Montis-Sereni a. 1127. inprimis autem obseruandum, quod in Capitulis ex lege Salica & Gumbata c. 14. cauetur, vt aduocati habeant in illo comitatu, in quo sunt ecclesiae, propriam hereditatem.* Sed nil opus, exteris proferre leges, quum domesticum in mea patria exemplum suppeditat *Coenobium Wengense* 28) fundatum a. 1183. in quo Witi-

E 2

gomus

27) d. l. Tom. I. p. m. 96.

28) Diuersis quondam monasteriis tutelam praebuit Resp. *Vlmensis*. Hodie inprimis duo sunt, in quibus ius aduocaciae citra vllam controuersiam exercet, alterum *Wengense* dictum, in quo Canonici



gomus Comes *Albeccensis* ius aduocatiæ sibi posterisque suis reseruauit, iure illo altero inuestiendi *Augiensum* abbatibus addiæto, qui tum temporis vt territorii istius domini spectari poterant. 29) Caeterum quantumuis istud ipsum, quod Superioritate territoriali non gauderent *Witigomi*, vere tum obstaret, ne aduocata illa maiestaticæ adnumerari posset: secus tamen hodie pronuntiandum erit, posteaquam *Vlmensis* magistratus, qui familiae *Witigouæ* atque *Werdenbergiæ* in Aduocati munere successit, tempore non-

nici Regular. S. Augustini; alterum vero *Soefinganium*, in quo Virgines, S. Clarae regulam amplexæ, viuunt. De postremis hisce dicere in præfens prohibemur, quum dissertationis modus numerum documentorum, hucusque ineditorum, capere non possit. De *Wengensi* autem monasterio res aliquanto planior est; quum documenta plurima (mendose licet variis in locis exarata) publice excusa habeamus a Reuerendiss. Praelato MICHAELE III. paterno nomine *Kuen*, ante paucos annos ad æternas mansiones euocato, qui in *Collectione scriptor. rerum historico-monast.* tom. V. Günzburgi ad Danubium impresso, 1765. p. 291. seqq. vulgavit, quidquid ex re atque vsu sui fore monasterii existimauit. Qua mente atque instimto illud factum, facile perspiciet, qui scriptionem nostram cum ipsius commentariis contendere non dedignabitur. De caetero exstructum primo fuit hocce monasterium an. 1183. in Monte S. Michaelis, prope *Vlmam*, deinde vero ab an. 1215. in planiora, in *die hohe und niedere Wengen*, siue *Infulas*, quas duo amnis *Blau* brachia efficiunt, deduci coeptum est. Inde *Collegium S. Archangeli Michaelis ad Infulas Wengenses* appellatum est, & mansit nomen; etiamsi illi hodie in ipsa Vrbe habitent.

29) Litteræ foundationis legi possunt apud GASP. BRVSVIVM, centur. I. monasterior. Germ. p. 128. MART. CRVSVIVM, in annal. Suev. tom. I p. 483. f. MART. MAGERVIVM, de aduocato armata, C. XI. n. 18. & MICHAELEM III, c. I. p. 295.

nonnullo interiecto, quidquid iuris ac Superioritatis territorialis *Augienses* quondam in ipsorum vrbe atque circumiecta regione habuerunt, iusto titulo & sollemnissime obtinuerunt, eoque ius superioritatis territorialis, cum veteri aduocaria, vinculo non temere soluendo, coniunxerunt.

IX. Quid vero illa vox *coniunctionis*, si aduocatia ex ipsomet iure territorii consequitur? Equidem in eadem sententia, coniungi posse, quae diuersa ac diuisa antehac fuerunt. Accidit nimirum aliquando, vti princeps, aut qui iura principis obtinuit, superioritate territoriali gaudeat, & inde ad protectionem, defensionemque generalem ratione iurisdictionis seu gubernationis territorii vniuersalis, obligetur; ille vero, qui in territorio ipsius aduocatum agit monasterii cuiusdam, iure pariter & facto specialius hoc ipsum monasterium tueri teneatur. Quodsi ergo postmodum aduocatia illa quoquo modo iusto ac legitimo ad territorialem dominum transferit: coniunctionem vtriusque iuris statuendam esse arbitramur, non confusionem, quasi ius aduocaciae ab illo iure territorii, si ita loqui liceat, absorbeatur. Neque enim plus hoc nouo iure obtineri potuit, quam prius in eodem fuit; & proinde pactis, si qua primitus ab aduocato atque monasterio fuerunt inita, deinceps quoque standum erit. Eodem fere pertinet *MAGERI* quaestio: 30a) an aliquis simul  
E 3 here-

30a) Cap. VIII, n. 420. seqq.



hereditaria protectione, & sublimis territorii iurisdictione frui possit? quam ipse quidem sic decisam voluit, vt protectionem pactitiam, seu Erbschutz, vel Erbkaften-vogtey, (ex eo ortum sumentem ac competentem, quando Principes, Domini, ac Superiores subditis suis intra proprios territorii illius fines habitantibus per conventionem peculiarem, pactum vel contractum specialem, protectionem vel clientelam promittunt, ac praestant aduersus quemcumque;) neququam ad ius Superioritatis, vt Landerschutz, referendam, sed tamquam ex pacto speciali inter Principem ac subditos illius ortam, seorsum quoque considerandam esse, atque nihilominus vtriusque generis protectionem, Landesfürstliche Obrigkeit, Land- & Erbschutz in vna eademque persona concurrere omnino posse, statuat. Quocirca vero iridem non sine causa ab eodem submonetur, 30 b) secus arbitrandum esse, quando monasteria, quoad situm duntaxat, in principis alicuius territorio, per se tamen exempta existant: 31) quum reuera aliud sit, esse

30 b) Ibid. n. 430. seqq.

31) Exemptionem intelligimus non eam, quae a iurisdictione episcopali, quo nomine permulta monasteria exempta, id est, pontifici Romano in spiritualibus immediate subiecta, appellantur, libertatem praestat; sed exemptionem a potestate & imperio civili. De hac intelligenda Regula: *Aduocacia maior plerumque est penes dominum territorii, & praesumptio militat pro domino territoriali, donec probetur exemptio.* V. PFEFFINGER in Vitriar. illustr. T. IV. lib. III. tit. 19. §. 4. & Perill. L. B. de CRAMER, obseru. 573. §. 7.



esse *in territorio* principis, & esse *de territorio* principis, propterea quod posterius subiectionem inferat, alterum non item; & esse in territorio, sed exemptum, idem fit, ac habere proprium & separatum territorium in alieno territorio, veluti exemplum monasterii *Murensis* in *Rorensi* comitatu siti, sed exempti, & hinc ei comitatui, teste STVMPEFFIO, 32) olim quoque non subiecti, comprobet.

X. Libet iam & illam quaestionem interferere, quousque haec hereditaria aduocata perdurare, aut quando expirare & finiri censeatur? Quum hereditaria dicatur, per se patet, eam vni alicui personae, fundatori scilicet, aut ei simili, non ita adhaerere, vt, extincto illo, ipsa etiam extincta reputari possit. Nam heredes primi acquirentis, tali casu, heredes in infinitum reputantur; & VLPPIANVS, 33) *Heredis, ait, appellatione omnes significari successores credendum est, etsi verbis non sint expressi.* Quid si vero ipsa fundatoris atque protectoris constitutio disertis verbis hanc successionem vnice ad masculos adstrinxerit heredes, filiasque adeo & sequiorem sexum penitus excluderit? certe quidem, si conditio haec plane fuerit expressa, atque nulla alia determinatio accesserit, filiae per nos exclusae maneant. Ita vero quaestio  
haec

32) In Chron. Heluet. L. VII. c. 9.

33) l. Heredis 170. ff. de verb. & rer. signif.



haec ne mouenda quidem, aut proferenda fuisse, haud immerito videtur: sed momentum rei, & vel vnico exemplo, statim innotescet. In *Wengensi* *Vlmen-*  
*fit etiam omnibus, quod Witigowe, fundator istius loci*  
*pro defensione, absque omni exactione iure dominii ab*  
*Abbate Augensi suscepit aduocatiam, & eadem aduocatia,*  
*vt ad omnem suam posteritatem, scilicet ad seniore[m] ma-*  
*sculum transeat, instituit. Insuper ergo reuer. quon-*  
*dam Wengensium Praelatus, Michael Kuen, & cum*  
*Witigowo, Sibothonis filio, vt masculam Witigoworum*  
*Comitum Albeccae prolem, ita etiam aduocatiam in*  
*Wengenses, penitus extinctam esse arbitratur; 34) re-*  
*coquensque idem istud postea, 35 a) ex litteris funda-*  
*tionis luce meridiana, ait, clarius elucere, aduocatiam*  
*super Wengense monasterium solis dumtaxat masculis, seu*  
*filiis, non filiabus, comitum de Albeck competisse. Sed*  
*veremur iamiam, ne in sole meridiano ipse caecu-*  
*tierit. Quid enim fundator OMNEM suam posterita-*  
*tem nominat, si filias exclusas voluit? nempe in his*  
*aliqua posteritas, extinctis masculis heredibus super-*  
*stes esse potuit, & vere, quod is non inficiatur,*  
*etiam superstes mansit. Sint illae igitur pars aliqua*  
*posteritatis, vel solae iam posteritas Witigomaea appel-*  
 len.

34) d. l. p. 319.

35 a) Ib. p. 340.

lentur. 35 b) At non frustra Witigowus, *scilicet ad Senioreni masculorum*, dixit etiam. Videlicet, ne omnes masculi simul, ne filiae *Witigoworum* pariter, hoc ius aduocatae sibi sumant, vindicentque, ordinisque perpetuo habendi causa, Senioreni masculorum nuncupauit, quem excipere deinceps semper potest, quisquis proximus aetate fuerit, ne filiabus quidem, si (quod fore non putabat,) masculi deficerent, exclusis. Praeterea *reu. MICHAEL, MAGERO* quoque placuisse eam, quam defendit ipse, sententiam contendit! Scilicet; quid vero rei est, quod locum, ut consuevit alibi, hic non designet? Tribus locis consultissimus *MAGERVS* de *Wengensi* monasterio in opere fat quidem vasto loquitur; sed in his nihil, quod iuuare posset istum. Ergo nostrum erit designare, vbinam *MAGERVS* eam in rem altius inquirat. Capite III. n. 155. seqq. Sed hic quaeri potest, inquit, an eiusmodi protectio, ad heredes extensa, comprehendat descendentes masculos duntaxat, eorumque filios,

F

vel

35 b) Species, ad genus coadiuuandum, confirmandum, vel exemplificandum tantum adiecta, prius positum genus non tollit, nec restringit. *MEVIVS P. VIII. Decis. 454. not. 2. add. LVDO. VICI* dissert. an species deroget generi? cap. III. §. 1. sqq. Neque obstat particula: *scilicet*, quae in diplomate fundatorio occurrit. Quamuis enim illa alias pro restrictiua & modificatiua haberi solet; saepius tamen demonstratiua saltem causa ponitur. *BERLICH P. II. Dec. 281. n. 12.* Quorum praecipue pertinet, quando non in materia odiosa versamur, sed de conferuando cuiuslibet iure suo quaeritur. *BERLICH loc. cit. num. 30. & 41. sqq.*



*vel quoscunque etiam extraneos heredes? quid vero ille?*  
 Esse, ait, aliquos auctores, qui *heredis* verbum de de-  
 scendentibus masculis intelligant, eorumque rationes  
 etiam allegat: sed *his non attentis contrarium conclu-*  
*dendum esse, n. 157. autumat.* Si de alia protectionis  
 specie *MAGERO* sermonem illic esse reputet; alio in  
 loco eum audiat. 36) *Quando advocatia, inquentem,*  
*per successionem ad plures heredes transfertur, tum ple-*  
*rumque fieri solet, ex multis quidem & grauibus de*  
*caussis, vt illa penes Seniore[m] de familia, quemadmo-*  
*dum in iure patronatus saepe etiam fit, resideat, -- eo-*  
*que decedente rursus aetate superior ei in patronatu succe-*  
*dit. -- Ampliatur autem haec determinatio, vt non so-*  
*lum procedat in heredibus masculis, sed etiam feminis.*  
*Eo maxime casu, quando nullus masculorum superest, &*  
*feminae vniuersalis hereditatis successio defertur.* Nam  
 mulier ita est capax huius iuris, sicut & masculus,  
 arg. eorum, quae sanxit *Iustinianus Imperator*, qui huic  
 sexui cum virili aequalia successionum emolumenta  
 concessit. l. 4. C. de liber. praeter. l. pen. C. de legit. here-  
 dib. Nouell. 118. Eat nunc reu. *MICHAEL*, & *MAG-*  
*GERVM* inidoneum *Wengensis* causae aduocatum esse  
 dicetur.

XI. Dispulsa vna dubitationis nebula, spes oritur,  
 & alteram eadem discipi facilitate posse. Queritur, an  
 36) Cap. IX. n. 1135.

an huiuscemodi aduocatia interueniente, siue *mediante*,  
ceu loquuntur, matrimonio in alium transferri possit?  
noluit illustris abbas noster denuo consulere *MAGE-*  
*RVM*, qui quummaxime perspicuis exemplis, fieri  
id posse, tam curate demonstrauit, vt nihil supra. 37)  
Inde quidem suo ipse nititur iudicio, quod extincta  
cum *Witigogo* iuniore *Albeggiorum comitum* familia,  
seu mascula progenie, alius pro aduocato monasterii se  
gerere haudquaquam potuerit. 38) Nimirum totus  
est inexorabilis aduersus filias *Witigoworum*, vti vides:  
enimvero bene habet; namque vnam atque alteram  
earum ipsimet *Wengenses* in *aduocatis* suis numerant,  
primam *Luiburgim*, cui hoc elogium non inuidet reu.  
*Praelatus* noster, 39) & quam *Witigogi* coniugem  
fuisse suspicatur; atque alteram, *Liudgardim de Ar-*  
*negke*, quam is titulo aduocatisae priuat, etiamsi vete-  
res *Wengenses* apud *BRVSCHVM* 40) eodem illam  
honestauerint. Causam, nisi ille aliam proferre queat,  
eam esse iudicamus, quod aetate multo fuerit infe-  
rior, quam vt in matrimonium cum *Witigogo* quo-  
dam collocare eam potuisset, & quod *Werdenbergio-*  
*rum* vltimo aequaeva vixerit. Obiit nimirum *Witi-*  
*gowus* vltimus, vt ipse habet *reuer. MICHAEL*, cir-  
ca

37) Cap. IX. n. 1126. seqq.

38) d. l. p. 340.

39) In elencho benefactorum canonicae *Wengensis*, d. l. p. 296.

40) d. l. p. 128. b.



ca annos postremos saeculi XIII. 41) *Lingardis* autem inter benefactores scripta est post Comitem *de Werdenberg* postremum. 42) Quidsi ergo *Werdenbergii* ipfius vxor illa fuit; quum profecto *Witigowi* alicuius esse coniux non potuerit? Sed hic *Werdenbergius* vitam minimum ad finem saeculi XIV. produxit. Quum vero reuer. MICHAEL. *aduocatissas* sui monasterii, interiecto integro post *Witigowum* saeculo, negare nequeat, qui, quaeſo, *Witigowus* ille *monasterii postremus aduocatus* esse potuit? Imo volupe nunc fuerit Praelato nostro, iterum audire candidissimum MAGERVM. 43) *Sic etiam aduocatia*, inquierem, *monasterii Wengensis*, quod *Witigowus*, Comes de Albeck an. 1183. prope *Vlman* in monte *S. Michaelis* condidit, ex *fundationis semine* in familiam comitum eorundem coahuit, & PENES EAMDEM PERMANSIT, donec circa annum domini 1296. *comitatus Albeccensis* in *Vlmenſum* potestatem deuenit. Haec ille.

XII. Atque hoc postremum ergo nouam quaestionem gignit, an aduocatia huiuscemodi hereditaria, emptione, alioque titulo, ad alios transire queat, qui ex fundatoris sanguine, familiaque, non exorti sunt? Explicanda nempe res est, non quod olim non decisa fuerit

41) d. I. p. 319.

42) d. I. p. 296.

43) Cap. IX. n. 458.



fuerit haec quaestio, sed quod *reuer. MICHAEL*, hoc *Vlmae* factum esse, aegre prorsus & indigne ferat. Constat vero inter omnes, *Witigowis* masculis defunctis superuixisse filias. Ipse *MICHAEL III. Henricum IV. Marchionem V. Burgouiae*, exeunte saeculo XIII, nepotem fuisse contestatur *Margarethae comitissae de Albeck. 44)* Sed propiores ad hereditatem *Witigowi* capiendam *Werdenbergios* existisse necesse est, quia, *totus Albeccensis comitatus*, ut ipse ait, *iure hereditario deuolutus est ad illustrissimos Comites de Werdenberg, 45)* pios quidem illos aduocatos, quamdiu, fundatorum liberalitatem aemulati, erga *Wengensis* coenobii canonicos multis argumentis sese beneficos exhibuerunt. Verum enim vero *Werdenbergiorum* ultimus cum comitatu suo laudem quoque, iam paratam a *Wengensibus* decoxit; utpote qui, filio defuncto, totum Comitatum *Albeccensem* cum omnibus iuribus, appertinentiisque, & aduocatiis annexis an. 1383. Ciuitati *Vlmensi* vendidit, neue de coenobio *Wengensi* dubitatio existeret, speciatim super huius etiam aduocatia singulare emtionis & venditionis instrumentum an. 1398. fieri curauit. 46) Habes faci- nus CVNRABI WERDENBERGII, qui, ut ait *reuer. MICHAEL*, *vendere praesumpsit ius aliquod, quod ipse*

F 3

44) d. l. p. 319.

45) Ibid.

46) Habes illud ap. *reuer. MICHAELEM III, d. l. p. 341.*



non habuit, ac iam euauit. At omnino illum ius aduocatiæ habuisse, modo demonstratum est, & adeo huc tantum redit quaestio, an illud vendere poterit? Et vero fatentem iam habemus MICHAELEM, *Werdenbergium* totum *Albeccensem* comitatum vendidisse cum aduocatiis annexis. HENRICVS autem WERDENBERGIVS, *Cunradi* venditoris filius, laudatur, quod Wengensibus decimas donauerit in *Albeck auf dem Negel*, adiectis aduocatiis quibusdam praediorum aliquot in *Holzkirch*. 47) Nempe aduocatiæ Wengensi monasterio donare laudem habet; aduocatiæ Wengensis monasterii vendere non licet. Distingui- mus quaestiones, quae confundi non debere haud immerito videntur. An aduocatiæ monasterii Wengensis ea res est, quae omnino vendi numquam potuit? item, an venditioni in se quidem licitæ vitium accessit, propter quod pro nulla & inualida haberi debet? Prior prius ventilanda & excutienda erit, quamquam in re manifesta breues esse possumus. Qui enim totum Albeccensem Comitatum vendidit cum omnibus iuribus, appertinentiis & aduocatiis, ille etiam Wengensium aduocatiæ, iure dominii ab Albeccensibus susceptam 48) vendere reuera potuit; & vendidisse iam existimari debuit, quum emtori Comitatus iste traderetur; siquidem de accessorio non dubi-

47) d. l. p. 342.

48) Vide litteras foundationis monasterii. *acta reg. halli. edass. (D)*



dubiteur, vbi emtio illius, quod est principale, iam planissime euicta est. Enimuero vendi haec aduocacia ideo non potuit, ait MICHAEL III, 49) quia illa *semper fuit iure domini ab Abbate Augiae diuitis requirenda, & proinde alienari & vendi absque illius consensu non potuit!* Bona verba: Witigowus comes fundum emit; monasterium aedificat; dotem addit; ius inuestiendi praepositi in eo monasterio Abbati Augiensi defert; aduocaciam sibi, posterisque suis, *iure domini*, referuat. Desinat res atque iura commiscere *vet.* MICHAEL, veluti in feudum hanc aduocaciam *Witigowus* ab abbate Augiensi accepisset; qui Fundator ipse fuit, atque aliunde nil accepit. Eodem iure etiamnum vtebatur Werdenbergius, quum vendere aduocaciam hanc instituisset. *Clanulariam* 50) fuisse autem hanc vendicionem, quum probare te- neatur, sane quidem nullo tempore probauerit. Nullo enim modo Augienses metuendi erant, qui & ipsi anno 1384. in Ordinatione sua monasterio Wengensi praescripta 51) & castigatoriae feueritatis plena, hos

cano-

49) d. l. p. 341.

50) Vt eam vocat MICHAEL III. d. l. p. 341.

51) Exstat illa apud MICHAELEM III. d. l. p. 331. cui vero ita displicet, vt hoc monstro documenti nil ineptius, nil absurdius excogitari posse opinetur; quid? quod more suo falsam atque spuriam declarat. Quasi vero fides documenti optime muniti, atque etiamnum in Vlmensi tabulario curate adseruati, ratione tam lenicula conuelli possent. Audire vero interest palmarium



canonicos diuersis adstrinxerunt articulis, vt isti nihil admodum auderent, facerentque, nisi iuxta suam (id est, ipsorum Augiensium) & consulum in Vlna pro aduocato dicti monasterii se gerentium informationem & voluntatem. Nec monendi sumus, aliud esse aduocatum, & gerere se pro aduocato. Quam ob causam vero ita scribant Augienses, & cur ipsi velint, vt praepositus Wengensis eas ipsas ordinationis suae litteras, itemque illas, quibus confirmata est electio ipsius, ad cautelam potestati & clausurae dictorum consulum tradere & assignare debeat; nec minus, vt, si causa temporalis fuerit, in qua dissideant confratres, dicti consu-

rium ipsius argumentum. Fingitur, inquit, Decanus (Augiae Diuitis) confirmationem Petri (praepositi) & adiectos eidem articulos ex commissione Mangoldi Abbatis sui concepisse an. 1384. in Vigil. S. Andreae apostoli. Certum autem ac euidentius est ex epitaphio praefari Mangoldi, quod iam obierit hoc ipso anno XXV. Octob. quod apud Bruschiu ita sonat: Anno domini 1384. octauo KL. Nonembris obiit Mangoldus de Brandis, Abbas monasterii Augiae Maioris caet. Hoc solo argumento satis erique in lucem ponitur scripti huius falsitas. Haecenus ille, confidenter satis atque speciose. Vtinam vero etiam perpendisset rei. MICHAEL, quae Bruschiu, quem nimis temere sectatur, p. 12. n. 49. f. prodit. Eberhardum de Brandis, enim ait, obiisse ipso die S. Michaelis a. 1384. Successisse vero illi Mangoldum, Baronem de Brandis, & hunc praefuisse per vnus anni spatium, minus diebus 17. Viderit nunc rei. MICHAEL, quo nono calculo efficiat, vt inter diem 29. Sept. & 25. Octobr. vnus eiusdemque anni 1384, demtis tantummodo 17. diebus, totus elabatur annus; atque annon propter rationes istas certiores simus, Mangoldum in sequentem vsque annum vitam suam produxisse? Caetera, quae ipse minus grata esse censet argumenta, libenter mitimus.



*consules eandem causam terminent, ex §. seq. aliquan-  
to rectius patebit. Scilicet quum Vlmam tandem ipse  
Werdenbergius concessit, vendito iam Comitatu suo  
Albeccenti, aduocati nomen illico deposuisse non vi-  
detur, & Vlmensium ipsorum parum referebat, sin-  
gularim ille hanc aduocatiam ipsis venderet, seu mi-  
nus; quum Wengenses alio iam foedere in ipsorum  
clientelam se dedissent. Interim ne quid ambiguum  
relinqueretur, ea etiam aduocatia tandem, qualem  
Albeccenses adhuc habuere, facto aliquo peculiari  
instrumento a. 1398. Vlmensi Ciuitati data atque  
tradita est. Neque adeo quid restat, quam videre,  
numquid vitii obrepserit, vt contractus ille emtio-  
nis, ceu putauit *reu. MICHAEL*, ab initio sit nullus,  
nec plurium saeculorum tractu potuerit conualescere?  
Operae, quod ipse iudicabis, pretium est, litigan-  
tem ipsummet audire *reu. MICHAELEM*. Omnibus  
ait, iurisconsultis notum, quod emtio & venditio nihil  
aliud sit, quam contractus consensualis de re pro certo  
pretio tradenda. Praeter rem ad emtionis & venditionis  
obiectum ex parte emtoris requiritur pretium, quoniam  
emtionis substantia consistit ex pretio. Sub voce pretii  
autem intelligitur pecunia numerata, siue enim ad nume-  
rum soluendi. Ergo non est emtio, si quis dicat, vendo  
marca, aut uncis aliquot auri, vel argenti, item si ab  
utraque parte res detur; vbi autem pretium vllum no-  
minatur in litteris *Conradi*? Respondemus *reu. MI-**

G

CHAE-

CHAEI, pretium his nominari verbis: *wann sy* (Vlmenfes) *uns darumbe gegeben, und getan hand, daß uns lieber was, und das uns wol von In benügt.* Scire gestit reu. Abbas, quanti olim aestimata sit Wengensis monasterii aduocata: sed superfedere etiam poterimus hac curiositate, edocti scilicet, Vlmenfes omne aes a Werdenbergio contractum dissoluisse, numorum, quantum opus erat, ei etiam dedisse, ac de digna alimonia per omnem vitam ei ac seruitio ipsius prospexisse. Caetera nec Praetor sciscere ex nobis velit. Quod vero reliquum est, discere & illud a iureconsultis potuisset, vbi lis de emtione fuerit instructa, instrumentum venditionis, pretii quantitate non expressa, non probare; sed quando emtor atque venditor in initio contractus conquiescant, vt hoc loco factum, atque a nobilibus, qui signa appenderunt sua, etiam probatum est; instrumentum venditionis, sine pretii expressione, ad docendam bonam fidem vtique sufficere. §2)

XIII. Diximus (§. super.) Wengenses in Vlmenfium protectione atque clientela iam fuisse, quum Albeccae comitatus venderetur; idque adeo nunc, quo-

§2) Conf. PISTORII Confil. vol. I. Conf. 50. qu. 4. n. 34. Et quid multis opus? In litteris fundationis monasterii Wengensis Wltigowus a quodam ministeriali Augiensis ecclesiae pretio interueniente montem Michaelis cum omnibus suis appenditiis obtinet, caet. Pretii summa in his litteris non exprimitur: ergo emtio non facta? Caetera, quae consequuntur, quisque videt.

quonam modo factum sit, breuissime dicendum erit. Notae sunt Imperatoris CAROLI IV. molitiones, qui, vt WENCESLAVS filius ab Electoribus Rex, atque in Imperio Rom. Germ. successor renunciaretur, in Comitibus Francofurtensibus a. 1376. iisdem Electoribus vestigalia, oppida, ac telonia Imperii, pignoris in modum concedere nil dubitavit. Iniustior res visa, quam vt ferri posset, ciuitatibus praecipue Imperii, quae exinde in Foedus Magnum (*den grossen Bund*) coiuerunt, quod dissoluere confestim CAROLVS instituit, *Vlman*, vbi omnia foederatarum ciuitatum consilia conferebantur, obsidione cingens, atque terras eius igne, ferro, atque modis omnibus deuastans; sed nequidquam. Vlmenfes enim fortius eidem resistebant, quam sperauerat; & CAROLVS vere inglorius post mensem, & quod excurrit, cum exercitu adhaerente discedebat. 53) Huc vsque verum quum Wengenses extra portas, verum prope muros vrbs habitassent; ciues, monasterium istorum propugnaculo futurum esse hostibus videntes, protinus non illud tantum, sed & templum, & quae alia adiuncta erant aedificia, prudentes destruxerunt. Querebantur illico Wengenses, veluti immitius cum ipsis actum esset; sed Vlmenfes belli rationem, & quod aliter, quum sibi, tum foederatis, consulere non potuissent.

G 2

53) Vid. vt compendio vtamur, B. G. STRVVII Corpus hist. Germ. per. IX. sect. VI. de Carolo IV. §. 32.



tuisſent, haud iniuria cauſſati, damna aliis egregiis penſare ceſſionibus non omittebant; Wengens ipſos in Urbem benigniſſimè recipiebant, &, quod hic vel maxime tenendum, eos, quo in poſterum omnino tuti eſſent ab iniuria, in ciuium ſuorum albo inſcribebant. Quid ad ea *reu. MICHAEL*? Lamentis gemituque, vti mos eſt, fata monaſterii deplorat, nihil cogitans eorum, quae in bello iſto paſſi ſunt Vlmenſes ipſi; 54) nedum rationes ponderans, quae illis hanc neceſſitatem citra controuerſiam impoſuerunt. De diplomate, quo ciuibus adſcripti ſunt Wengens, ita refert, litteras *Cunrado* & *Canonicis obruſas eſſe, appenſo ciuitatis ſigillo, & ſub fide magiſtratus an. 1377.* Itane obruſas? Sed quam ea d. l. p. 327. commemoret, auerſa ſtatim pagina, eas litteras in *Veteri Wengensi chartulario priuilegiis monaſterii inſertas eſſe* profitetur. Hem beatos eos, quibus priuilegia obruduntur! Sed non obruſa eſſe *Petrus*, qui tum fuerat, praepoſitus coenobii, teſtatur, in *regiſtris ſuis*, teſte ipſo *reu. MICHAELE*, 55) ſcribens: *da kommen ſy (Vlmenſes) mit uns überein, und gaben uns Brieff unter ibrem groſſen ſtatt inſigel, das ſy uns ſchirmen wolten, als ein ieglichen eingefeſſenen Bürger.*

54) CHRON. ELWANG. ad A. 1376. Hoc anno Carolus Imperator obſedit ciuitatem Vlman, & villas & caſtra circumiacentia igne deſtruxit poſt feſtum Michaelis, & minime praenatur.

55) Ibid. §. III. p. 333.

ger. Quin alio loco 56) ipse scribit *reu. MICHAEL:*  
*fatemur gratam animo, Nos & antecessores nostros in*  
*honorarios ciues 57) post hanc destructionem ab incho*  
*Magistratu fuisse admissos. Itaque admissi sunt in ciues,*  
*inque numerum eorum cooptari, id quod etiam haud*  
*parui aestimandum esse, vniuersus Wengensium con-*  
*uentus A. Chr. 1465. iudicauit, quo Matthaeum Zim-*  
*mermannum, postea praepositum, cum his ipsis litte-*  
*ris Waldseam ablegauit, vt apographum autographi*  
*auctoritate pollens (copiam vidimatam vocant) ibi-*  
*dem & praepositurae Waldseensis sigillo munitum,*  
*fieri curaret. Et verissime Wengensium interest, eas*  
*litteras incolumes seruari, quum hoc vno documen-*  
*to (siquidem Vlmenis Magistratus aliam probatio-*  
*nem dati & accepti ciuitatis beneficii non temere*  
*agnoscit) priuilegia ipsorum innitantur. Vellem mo-*  
*do, vt pro eo, quem hic illic prae se tulit, animi*  
*candore reu. MICHAEL has litteras haud ita mutilas*  
*dedisset. 58) Scilicet expunxit ille omnia, quae Ma-*  

**G 3**

*gistra-*

56) Ibid. p. 341.

57) Si per honorarios ciues eos intelligat, qui honorifice prae aliis habentur, & quibus priuilegia indulta sunt non contemnenda, vera scribit *reu. MICHAEL.* Sin cum ARVM AEO tom. II. discurs. 9. conclus. 81. & KNIPSCHILDIO, 'de iurib. ciuitar. imperialium L. II. c. 29. n. 84. eos dicat *ciues honorarios, quibus ius ciuitatis honoris causa oblatum & datum est, qui tamen ideo non reuenerit ullo Imperio ciuitatis illius, cuius sunt ciues honorarii, quantopere is fallat, aut fallatur, sequentia planissime ostendent.*

58) d. l. p. 327.



gistratus iurisdictionem & imperium in illos docent,  
 atque inter alia haec quoque verba: *Haben wir diesel-*  
*ben (Wengenses) genaediglich und gütlich zu Burgern*  
*ingenommen und empfangen, und empfahen auch Sy*  
*iezo mit diesem Brieff. - - Und darum sollen Sy Uns allin*  
*jar uff St. Martins- tag nit mer denn zwen güldin guter*  
*Unger und Bekem richten und geben, one fürzug und*  
*widerred gar und gaenzlich obn unsern Schaden, und mit*  
*denselben zwen gulden hand sy sich och also gen Uns gefe-*  
*tzet. - - - Denen so verre, daß Sy alle ander solich Sa-*  
*che mit Uns halten, liden und tragen sollen, als ander un-*  
*ser Burger on alle geferde. Integrum vero instrumen-*  
*tum, vna cum testificatione Waldseensi, infra dabi-*  
*mus, vt verborum propriorum tenor plane constet.*  
*Caeterum si ista Vlmae acta sunt an. 1377. Si Wer-*  
*denbergii haud aegre passi sunt, Wengenses Vlmae*  
*ciues scriptos esse; Si & Augiensis totam rem eximie*  
*probarunt: ecurr consules in Vlma pro aduocato dicti*  
*monasterii se gerere non potuissent? anno 1384. vide-*  
*licet, quo illi tamquam ciues suo Magistratui, suis-*  
*que protectoribus, se atque item bona sua dudum*  
*commendauerunt: etiamsi irrequietus iste Petrus*  
*Neger, s. Nayer, praepositus, partim quod Vlmen-*  
*ses monasterium priore extra muros loco denuo ae-*  
*dificari non sinebant, partim vero quod maiores re-*  
*ditus, & commoda maiora, compensationis loco ob-*  
*tineri posse, spem conceperat, Vlmenis magistra-*  
 tu





tui molestias faceffere perrexit, vsque dum *Concordiam* cum hoc inire a. 1388. ex re atque vsu suo fore prudens intellexit. 59)

XIV. Receptis vero intra Urbis muros Wengensibus noua inter Praepositum eorum, & Plebanum ecclesiae parochialis Ulmensium lis orta est super articulis, qui apud *reu. MICHAELEM* aliquanto contractiores videri possunt. 60) Horum decisionem ad arbitros iudices, *MARQVARDVM*, episcopum *Constantiensem*, & *ERHARDVM* Abbatem *Creuzlinganum*, ab vtraque parte aduersantium libere delectos esse, qui & *Laudo* proposito an. 1399. debita sollemnitate munito controuersiam hanc composuerint, idem ille contestatur. Qua auctoritate nixus ea scripserit *reu. MICHAEL*, dicere nos quidem non habemus. Certe enim *Laudum* istud solius *Marquardi* episcopi *Constantiensis* nomine perscriptum est, qui se etiam in illo nusquam iudicem, sed tantum *arbitrum*, *arbitratorem*, seu *amicabilem compositorem inter partes* nominans inter alia his verbis utitur: *Conceptis ac traditis dicto domino praeposito & suo conuentui octo articulis subnotatis per dictum dominum Vlicum, Plebanum, seu Vicarium perpetuum praedictum de consensu tamen & volun-*

59) Exstat illud Instrumentum Concordiae ap. *reu. MICHAELEM*, d. l. p. 336.

60) d. l. p. 343.



luntate pronidorum & sapientum Magistri ciuium ac  
 consulum dicti oppidi Vlmensis, patronorum ecclesiae  
 eiusdem, quos quidem articulos dictus dominus Vlricus  
 per praefatum praepositum & suum conuentum pro se &  
 suis successoribus nunc & futuris temporibus, tamquam  
 licitos, vt dicebat, petiit, & voluit inuiolabiliter obserua-  
 ri; e contra praefato Domino Praeposito asserente, &  
 proponente dictos articulos nimis graues, ac contra reli-  
 gionis ipsorum regulam exsistere, ac a iuris tramite dis-  
 cordare & declinare, tandem praefatae partes de & super  
 eisdem articulis; de scitu & voluntate patronorum  
 praedictorum, in Nos, Marquardum Episcopum praef-  
 atum, tamquam in arbitrum, arbitratorem, seu amica-  
 bilem compositorem compromiserunt, ac laudarunt. caet.  
 Appensa huic Laudo sunt sigilla a) Marquardi Ep.  
 Constant. b) Petri Praepositi in Insulis, c) Conuentus  
 S. Michaelis in Insula apud Vlmam, d) Vlrici Gesleri  
 Plebani in Vlma, e) Vniuersitatis ciuium in Vlma.  
 De Creuzlingano ne gry quidem.

XV. Ita ius protectionis, quod Vlmenses in Wen-  
 gense monasterium nunc vt aduocati, nunc vt ciui-  
 tatis, cuius isti membra esse voluerunt, domini ex-  
 ercuerunt, apud omnes, atque ipsum etiam antisti-  
 tem Constantiensem, in cuius dioecesi hoc coeno-  
 bium est situm, saluum & illaesum perstitit. At se-  
 quuta sunt maiora, quae nunc paucis memorare atti-  
 net.

net. Annus agebatur supra millesimum, quadringentesimum, quadragesimus & quintus, quum a Wengensibus CUNRADVS III. Praepositus eligeretur, Fridericus autem, Augiensis abbas, eum confirmare recufaret, vel tardaret saltim, propterea quod lis inter Augiensem & Vlmenfes decimarum caussa per id temporis instructa erat: qua de re concilium Basileense Abbati *Ochsenbusano*, vt perficeret hanc confirmationem & inuestituram, singulari bulla edita 61) iniunxit. Nihil ea re detractum esse vllius iuribus, quum alia diuersa argumento sunt, tum illud, quod sequente statim anno 1446. quo Augia Maior, quidquid iurium, censuum, possessionum, ac *temporalium* bonorum per plura saecula intra ciuitatem, & extra illum, per gyrum quatuor milliarium Germanicorum possederant, Magistratui ac Hospitali S. Spiritus in Vlma, pro summa 25000. florenorum Rhenensium, simulque etiam *omnia Spiritualia iura*, siue in praedicti Hospitalis, siue in Ciuitatis Rectores transtulit, consentientibus praelatis plurimis, ipsumque instrumentum emtionis ac venditionis additis sigillis suis ratum facientibus Concilio Basileensi, Papa, & Imperatore, vt de aliorum principum subscriptione nihil memoremus; quod, inquam, dicto anno, atque vi contractus huius, constitutum sit, vt Hospitalarius Vlmenfis Praepositum Wengensem, rite electum, quo

H

quo

61) Vide illam ap. *ren. MICHAELM*, d. l. p. 354.



quo tempore confirmet, inuestiatque. Dasz .i. wenn  
 oder als dick zu ewigen Zyten ain Probste des Gotsbus zu  
 den Wengen zu Ulme Chorherren von der Regel sant Au-  
 gustins Ordens In Costenzer Bistumb gelegen, erkoren,  
 und erwelt wirdt, den wir und unser Gotsbus umzher  
 zu confirmieren und zu Irvestieren gebebt haben, deß be-  
 geben und verzyken wir uns auch gantzlich und gar, das  
 den denne nu binnenhin allwegen confirmieren und Irvestie-  
 ren sol ein Spitaler des Spitals des hailigen Gaists zu Ulme,  
 der derselben Regel auch ist. caet. Quibus ex Eugenii  
 IV. P. R. bulla 62) addendum, quod . . . confirma-  
 tio Praepositi monasterii Inn Wengen, Ord. Canonic.  
 Reg. S. Augustini & oppidi praedictorum, quae hactenus  
 ad ipsum Abbatem (Augiensem) spectare consuevit, ad  
 Hospitalarium dicti Hospitalis demceps similiter perpetuo  
 spectare & pertinere - - debeat. His ex omni parte, le-  
 gis instar numquam variandae, constitutis, Sigismun-  
 dus Ebingerus an. 1464. electus Praepositus a Rectore  
 Hospitalis Spiritus S. Vlmensis confirmatus, multis-  
 que caerimoniis inauguratus est. 63) Quo defuncto  
 an. 1468. electus Valricus Krafft confirmationem  
 suam itidemque suscepit ab Hospitalario S. Spiritus  
 Vlmensi, 64) qui & an. 1479. coadiutorem eius,  
 Matthaeum Zimmermann, iureiurando in manus suas  
 prae-

62) Apud reu. MICHAELM, d. l. p. 358.

63) Reu. MICHAEL, c. l. p. 363. f.

64) Ibid. p. 346.

praestito obstrinxit, 65) futurum illum insequente anno Praepositum; haud sane, quod putabant aliqui, rigidiorum, sed gregi incredibili licentia, & postea regularis disciplinae & bene viuendi norma nimium corrupto imperaturum: qua de re urgente tandem an. 1489. *Vlmenfi magistratu*, & accedente apostolica auctoritate, per *Vlricum*, praepositum Vndensdorffensem, Visitatio ac Reformatio in capite & membris monasterii Wengensis facta, eademque opportunitate primum aliquis Decanus & Sub-Decanus collegii istius constitutus est. Post *Matthaeum Vitus Toescl*, 66) *Ioannes Mann*, 67) *Michael Oeterlin* 68) ac denique *Ambrosius Kaut*, 69) omnes praepositi electi, ab *Vlmenfi Hospitalario* confirmati & inaugurati sunt.

XVI. Quid turbae excitauerit *Ambrosius Kaut*, an. 1521. electus, dicere pigeret, nisi reuer. MICHAEL hunc virum ita descripsisset, quasi omnibus virtutibus ornatus 70) pro religione Romano-Catholica, quam in suo monasterio tuendam an. 1530. suscepit, exsilium vndeniginti annorum tolerare ab *Vlmenfi Magistratu* sit coactus. 71) Vellem ea in re saltim

H 2

fidei

65) Ibid.

66) Ibid. p. 372.

67) Ibid. p. 377.

68) Ibid. p. 382.

69) Ibid. p. 412.

70) d. l. p. 412.

71) Excessit *Kautus* monasterio, in salutato hospite, vt mox manifestum



fidei historicae aliquid dedisset abbas noster. Sed solenne iam Praepositis Wengensibus hoc esse videbatur, vt pro lubitu & arbitrato suo agerent, vel velent agere, quae non decerent, certum aliquando defensorem in hoc MICHAELE suo habiturum. Ita hic *Iohannem Mannum* (namque de hoc etiam praemittere nonnulla iuuat) aliquanto superius 72) dixerat, *non ob malam administrationem a praepositura deiectum, sed sacrum hoc onus ob rationabiles & pias causas sponte deposuisse an. 1509. in die S. Mauritii.* Quum tamen Decanus & Conuentus Wengensis eodem anno alia docuerint, de quorum litteris ille ne mutiuit quidem. 73) *Als sich verschiner Zeit, ita aiunt illi, Herr Johans Man, als Probst ietzberürts Unfers Gottshaus von Unns, als seinen Conuent und Capittel, und dem iezbemeldten Gottshaus hinder Unns, und ohne unser wissen und willen, auch unerlaucht seiner ordenlichen Oberkeit (id est, Magistratus Ulmenfis) gethan, und also Unns und das Gottshaus verlassen hat, so langt Unns an, als ob Er etlich commission und beselch, auf die Er-*  
*wür-*

stum erit; & tamen *Wolfgangus*, successor eius posthac ad pontificem Romanum scribit, ap. reu. MICHAELEM, p. 423. *ego & D. Praedecessor meus Lurberana haeresi persecuti plus quam viginti annos in exilio alienis peregrinisque locis & monasteriis viuere coacti.* Certe vero coactionem profus & omnino abfuisse, ex testimonio Decani & Conuentus statim apparebit

72) Reu. MICH. p. 381.

73) *Gewalt von Dechant und Capitel des Gottshaus Wengen zue Ulm für Cour. Loeber, Strammann, an. 1509. In Actis Ulmenf.*

würdigen geistlichen und wolgebohrnen Unser gnedig und lieb Herrn, herrn Martin Abbt des Gottshaus Wiltlingen, herrn Ulrichen Propste des Gottshaus Wetztenhausen, und herrn Philipsen Graven zue Kirchberg, bey kayserlicher Majestet ausgebracht und erlangt, auch darauf dieselben Commissarien zwischen Ihn und den Fürsichtigen Ersamen und weisen Burgermeister und Rath der Statt Ulm unfern Castenvogten tag angesetzt haben solten von wegen der Regierung und vermaltung Unsers Gottshaus zue handeln &c. Iam operae pretium est, pariter audire, quid de Ambrosio Kaut, mansuetissima illa anima, idem Conuentus Wengensis ad Magistratum Ulmensem referat; ita vero illi inter alia: am Freitag vor Johannis Baptiste, unngst vergangen hat Uns Ambrosius Kaut, damaln Unnsrer Propst, mit verdecktem erdichtem Schein, mit langgen und vil reden, beschließlich entdeckt, und angezaigt, daß Ine allerley der meinung angelanngt, Als ob ein Ersamer Rath der Statt Ulm (wie sich aber im werckb und der that, eben das widerspil erfunden) geneigt oder fürsetzig gewesen sein soln, mit ubersall und der that gegen den geistlichen In Irer Statt zu handeln. Et nonnullis interiectis: Erstlich so hat Er (Ambrosius Kaut) neben den bewilligten Zweiffshundert guldin, kinder Uns, und one Unnsrer wissen, willen, unnd Zulassen, verporgner, haimlicher, listiger, und geverlicher weise ein grosse summe geltts, ein treffentlich Silbergeschirn, ettliche onbestimpte Claimoter, ein Silberin Sant

H 3

Mi.



Michel, Unsers Gotzhaus Leger oder Salbuch, Und ander Schuld, hauptbrieff und Register, alles demselben unferm Gotzhaus, und uns Zustendig, mit hingefurt, Besonder aber die Zwelfhundert guldin (vortailiger verkerter weise) Zu hauffenden seinen ontaten, nit In Unferm, sonder allain in seinen Namen hinderlegt &c. 74) En, confessorum noui generis. Sed reu. Michael, ne huiuscemodi factis indignari necesse habeat, conspirasse canonicos, ait, contra praepositum, & cor filiorum rebellium non penetrasse amantissimi patris verba 75) scilicet. Bene vero habet, quod reu. Michael infitiani nequeat, Vlmensem Magistratum, ceu patronum atque aduocatam fidelissimum, quantumuis Conuentus ipse totum monasterium cum omnibus bonis atque iuribus in manus magistratus sui 76) non vt procura-

74) Ubergab Dechants und Couents zu den Wengen allhie zu Ulm, Affermontags nach Galli 1531. In Tabulario reip. Vlm.

75) d. l. p. 416.

76) Nihil ea de re Reuer. MICHAEL, quare aliqua hic adnotasse non pigebit. So han wir - - - daß wir Ine us angezaigren seinen straefflichen, und onerbern Handlungen einich gehorsam nit mer laisten, oder Ine für Unfern herrn und Obern nit erkennen, noch haben vwerden, zugeschriben, Dieuweil wir nun von dem, der unser herr, Vatter und Vorgeer gewest, so ganz verlassn, berogen, und versurt, hinwider aber wir, und Unser Gotzhaus von den Fürsichtigen, Erkamen und weisen herren Bürgermeister und Rath der Statt Ulm, Unnfern günstigen, getrewen, lieben herren und Vaetern, Je vwelltenbero, unnd lennger, dann sich keins menschen gedechtnis erstreckt, Besonder aber Inu disen ferlichen und sorgsamen Zeiten, mit allen Vaetterlichen wollen und gunst, on allen zeitlichen genieß, zwang oder traug, gerrewlich



curaret illa, deque necessariis prospiceret, sed vt pleno iure cuncta possideret, atque partim in scholarum, partim vero pauperum in vsus ea adhiberet, sponte sua atque nullo laceffente tradidisset: nihil tamen horum omnium in vsus suos couertisse, sed constituto quoquam oeconomio, qui deserti collegii bona & possessiones administraret, omnia continuisse, & quum primum rediisset *Kautus*, an. 1549. cuncta ei, prouti is ipse contestatur, 77) cum redditibus quibusque statim reddidisse.

XVII. Mortuo *Ambrosio Kauto* an. 1552. ex omni  
Con-

Eerlich, und wol, mit wieniger, dann vver unser Leib, haab und gut, Ir eigen gewest, befridet, geschürzt, geschürment, gehand-  
bapt, und verwalten sein, So han wir - - - In Unserm zusamen  
belehren Capittel, da wir Unsers Gottshaus starckafft, und au-  
tigent sachen uffzuechten pflegen, mit gemainem ainbelligen Rath,  
frey, eigens und gurs willen, onzentr, ongerrungen, vernunft-  
rig, Unserer syn, mit zeitiger guer vorbetrachtung, zu den zeitew  
und tagen, da wir solchs allemeniglichs Irrung halben wol thun  
kündten und müchten, mit keinen listen oder geuerden hinderkommen,  
sonnder Us vorangezeigten warhaftsten, christlichen, Rechten, Red-  
lichen, gegründten, innd guten ursachen Uns zu demselben pillich  
beruogende Unser Gottshaus allhie zu Ulm gelegen, so vvent daß  
unbfaigen und begriffen hat, ob, und Under Erden, dergleich auch  
alle desselben Unsers Gottshaus gefülle &c. &c. davon gantz überall  
nichts usgenommen, noch hindangesetzt, obgenamten Unsern gunstigen  
lieben herren, und gewerren Varnern, ainem Ersamen Rath  
der Statt Ulm, allen Iren Nachkommen, und gemainer Irer Statt,  
Ihn krafft einer freyen onwiederrufflichen Übergab von Unsern zu  
Ihn banden und gewalt, zu rechter Urbar und eigenschafft, frey,  
vwilliglich, uff- und übergeben &c.

77) vid. Quirtung Herrn Ambrosii ap. reu. MICHAEL, d. I. p. 417.



Conuentu Wengensi nemo vnus supererat, praeter *Sebastianum Salzmanum*, *Vberlinganum*, & *Wolfgangum Besserer*, nobilem patricium *Vlmensem*. *Sebastianus Wolfgangum* dixit praepositum, & inauguratio sollennis non multo post per *Erasmum Eckirch*, ecclesiae parochialis *Vlmensium* administratorem, & quemadmodum se ipse nominat, commissarium apostolicum, suscepta ac peracta est. 78) Quærit ergo *reu*, MICHAEL: an iuste sibi hoc ius arrogare poterit Parochiae *Vlmensis* non Rector, sed administrator tantum; scilicet quum, religione mutata, Rector huius ecclesiae amplius non existeret? deinde vero *Wolfgangum* Romano pontifici pro noua confirmatione supplicasse docet; & abolito semel Hospitalarii *Vlmensis* officio, praepositos *Vlmenses* confirmandi ius ad ipsosmet Romanos Pontifices pertinuisse contendit. 79) Imo quidem nimis propere sic iura magistratum in alios deuoluit MICHAEL. Obliuiscitur is enim, quoties obliuionem sibi plusculum prodesse, quam rerum maximarum memoriam, existimat, iamque adeo curatius, opinor, admonendus est, *Augienses*, volentibus Concilio *Basil.* & *Papa*, non solum quaslibet possessiones suas atque bona temporalia, sed & omnia spiritualia iura siue in praedicti Hospitalis *Vlmensis*, siue in Ciuitatis Rectores transtulisse, vt supra

78) Vid. Instrument. Confirmat. ap. MICH. p. 421. f.

79) Ibid. p. 423.



supra num. XV. retentis ipsius *reu.* MICHAELIS  
verbis 80) edocuimus. Quumque domus Hospita-  
lis Rectorem ordinis ecclesiastici non amplius habe-  
ret, eaque cum singulis iuribus ditioni magistratus  
iam subiecta esset; annon Rectoribus eiusdem ciuita-  
tis, ceu patronis realibus atque aduocatis monasterii  
Wengensis, fas erat, designare alium, qui praesen-  
tatum sibi, suo confirmaret nomine, solitisque cae-  
rimoniiis inaugureret? Quaestionibus si delectetur *reu.*  
MICHAEL vicissim nos quaeremus, quid sit, quod  
*Wolfgangum* ecclesiae parochialis Vlmensis admini-  
stratori confirmandum & inuestiendum praesentaue-  
rint, si de iusticia illius actus dubitarunt? deinde,  
quam iuris specie tueri velint, quod praeterito ma-  
gistratu suo ordinario, i. e. domino & patrono, cui  
ius confirmandi competebat vnice & soli, nouam, il-  
lo quidem inscio, a pontifice Romano 81) confirma-  
tio-

80) p. 359.

81) Wolfgangus supplicat Pontifici pro noua confirmatione an. 1553.  
vid. *reu.* MICHAEL p. 423. seq. *Iulius III.* data Bulla respon-  
det itidem a. 1553. prid. Non. Mart. At Transactio Passaui-  
ensis M. Augusto an. 1552. inita, & instar sanctionis pragmatice  
& constitutionis Imperialis obseruanda (vid. ADAMI COR-  
TREII obseruat. in Transact. Passau. ed. Francof. 1707. fol.  
p. 2.) Art. VIII. discrete constituit, ne quis alterum, qui sit di-  
uerse religionis, ditionum, subditorum, reddituum, censuum,  
*Superioritarum & iurisdictionum causa grauet, sed pacifice tran-*  
*quilleque illis rei fruique suat, nec vi factoue, seu alias maligne*  
*contra eos quidquam praesumat.* An credibile est, monachos, ne-  
dum Pontificem, vsque eo despiciatui habere posse leges Imperii?

tionem flagitauerint? porro, numquid *rite* & *canonice*, vt verba instrumenti habent, 82) *per viam scrutini* eligi potuerit, vbi vnus atque *solus* 83) *supererat Sebastianus, qui de iure electioni praepositi interesse debebat ac poterat?* Paucitatem, credo, fratrum Wengenses caussabuntur, & quod adeo praepositi electio antiquo & praescripto ritu fieri a multis non potuerit. Esto sane. At *Georgio Bonero* moriente an. 1635. *unicus* & *solus* in monasterio superstes mansit *Iacobus Mickius*, qui a duobus, altero *Creuzlingensi* & altero *Wettenhusano* canonicis, quique adeo non erant de *Conuentu Wengensi*, & suffragii ius in hoc loco non habebant, *Praepositum Wengensem* deligi se passus fuit, nullo dum *Conuentu* existente, sine quo *coenobium*, nedum *Capitulum*, cui sit praepositus, ne cogitari quidem potest. 84) Ibi vero quaestiones non proponit reu. abbas *Michael*. Et omnino satius fuisset, benignitatem atque indulgentiam *Vlmenfis* magistratus profiteri, qui ex *Wengensium* calamitate nullum commodum, atque nullum iuris sui incrementum capere, sed istis iura sua, priuilegia, & bona omnia, quae adhucdum possidebant, facta testa conseruare, ea fide, qua in *aduocato* maior esse nequit, quolibet officio allaborauit.

XVIII.

82) Vid. *Ren. MICHAEL*, p. 422.83) *Ibid.* p. 421.84) *MICHAEL III. d. I. p. 439.*

XVIII. Omnino autem *reu. Michael*, quo propius accedit ad aetatem nostram, eo studiosius res suas intruit, vt, quae Magistratui Vlmensi indubitate competunt, & ab eodem constantissime exercita fuerunt, iura, callide dissimulans, res suas grandiores faciat. Eum igitur in finem, quum huc vsque singula electionum instrumenta exhibuerit, & quidquid fere actum enarrarit, post *Ambrosium Kaut*, veluti ad Magistratum Urbis ea res omnino nil attineat, multa admodum consulto praeteruehitur, ac ne *conuentionem* quidem illam, inter magistratum inclitum *Ambrosium* que *Kautum* initam, suis commentariis inserere dignatur. In hac pactioe autem sextum caput est: *Es soll die ordenliche Chur unnd wahl eines Probsts für ohn allen wegen bey alten brauch bleiben, doch dieselb iederzeit mit vorwissen eines Erf. Raths, unnd Inn gegenwürtigkeit deß Closters Pfleger, oder andere verordneten gehalten, und fürgenommen werden, wie auch mit alter herkommen ist.* Sed haec item, vti alia, in his conuentionis litteris exposita, vulgare, minus cum ipsius instituto congruebat. Crescere nimirum & locupletari res Wengensium post bellum Suecicum coeperunt ita, vt maiora animis concipere auderent, manifesto argumento, tam clementi magistratu, ac tam iusto aduocato, eos adhuc semper vsos esse, vt profecto supra esse nihil posset. Testis ipse *reu. Michael*, in vita *Georgii Boneri* praepositi: 85) *praeter laudes*, inquit, quas

1 2

85) p. 437.



quas innumeras persoluit Deo, etiam decentissimas semper habuit in clyto civitatis huius (Vlmensis) magistratui gratias, quod potenti sua protectione & se, & suos, veluti ciues caeteros, iniquissimis hisce temporibus, ac tot inter calamitatum miserias conseruauerit. Haec Georgius Bonerus. Quid vero successores? An. 1653. Iacobus clauo adsidebat Mickius, qui tranquillioris vitae audius praepositi honorem atque iura confratribus decenter reddens animarum curionem agere praepotat. Eligit Conuentus Michael Beck, atque a pontifice electionem eius confirmari petit. Pontifex cunctatus per biennium tandem, prouti se accepisse, ait, praepositurae huius dispositionem, quum tanto tempore vacauerit, iuxta Lateranensis statuta Concilii ad sedem apostolicam legitime deuolutam esse statuit; 86) additis his verbis: vt Michael praepositus a quocumque, quem maluerit, Catholico antistite gratiam & communionem dictae sedis habente munus benedictionis recipere libere ac licite valeat, ac eidem Antistiti, vt illud sibi impartiri libere ac licite possit. 87) Videlicet hanc veniam dat Pontifex Romanus, cui ipsi in Imperio Germanico, inque iis terris Euangelicorum, vbi, quod ad ius dioecesanum spectat, ipse princeps, siue magistratus, munere episcopali fungitur, tale quid audendi potestas nega-

86) d. l. p. 445.

87) Ibid.



negata & suspensa est; 88) & a quo hanc veniam rogare, manifestum inobedientiae contra Superiores suos & patronos argumentum est. Sed per gradus entendum erat *Michaeli II.* qui locupletato monasterio mitram atque alia pontificalia optauit, eademque tandem a Constantiensi commendatus praefule an. 1676. a P. R. *Innocentio XI.* variis de causis, quas examinare hic non vacat, 89) impetrauit. Successit viuo etiamnum *Michaeli* an. 1682. *Iohannes Därr*, de quo *reu. Michaeli III.* adnotare visum est, quod, cum illi cum *Vhnenfi magistratu minus conueniret, ac continuis fere litibus implicaretur, vitam insuper clinicam duceret, sponte ac libere --- successori suo locum ad dignitatem abbatialem reliquerit a. 1693: quamquam vita demum an.*

I 3

1715.

88) Vid. TRANSACT. PASSAV. art. VIII. PAX RELIG. art. VII. §. ut etiam utriusque religioni &c. & inprimis Instrum. PACIS OSNABRUG. V. 16. Quae quidem eo fortius cohibere debeant Wengenses, quod nec ante Transact. Passau. & Pacem Religiosam Pontifex Romanus huiusmodi quid arrogare sibi poterat, quum iurisdictio iam dudum esset penes Vlmensem Magistratum, & Augenses an. 1446. omnia iura spiritalia, in quibus etiam praepositi Wengensis confirmatio, huic tradiderint, consentiente ac testante illud ipsum, in peculiari bulla, *Eugenio IV.* vt supra §. XV. euicimus. Quidquid ergo iuris ea in re pontifex R. adipisci voluit, id omne, quoad iurisdictio ipsius in Evangelicorum territoriis suspensa est, ipso iure inualidum & nullum etiam censeri debet. Conf. I. W. TEXTORIS Jus publ. Stat. Imperii. Tit. III. de iurib. Dioecesanis & eccles. territoriorum, n. 207. seqq. & TH. REINKINGK, de regim. seculari & eccles. L. III. class. 1. c. 7. n. 23.

89) Vid. Bulla pontific. ap. *Reu. MICHAEL* d. l. p. 448. seq.



1715. excessit. Vere quidem ista; nisi quod simul notandum erat; *Iohannem* cum conuentu suo, sed consilio, quod veri simile est; *Michaelis*, ipsum lites istas nexuisse, & implicitum iisdem expedire se non satis potuisse. Iam enim hi canonici de electione praepositi instituenda, id quod ante semper obseruatum erat, inclitum *Vlmensem* Magistratum per litteras, officii causa scriptas, precibus adire omiserunt; quamquam Deputati eius, tamquam saeculares, electioni nihilominus interfuerunt. Iam electus nouus abbas titulis, qui modum excedebant, erga ipsos dominos Superiores suos utebatur. Iam diuersa iura, numquam concedenda, nec concessa vlllo modo, vsurpabat, veluti Praelati dignitas, quam ei Magistratus, saluo iure suo, minime inuidit, ipsum a quocunque iuris & obsequii, quo citra dubium *Vlmensibus* obstringebatur, vinculo iam exsoluisset. Lepide *Iohannes Dirrius*, quum ei & conuentui ipsius mandaretur, vt, quotiescunque posthac noua fuerit praepositi electio instituenda, in eundem modum litterae ad Magistratum scriberentur, quo quidem etiamnum an. 1653. scriptae essent, consiliario cuidam reipublicae *Vlmensis* responderebat; pudore se ob eas litteras suffundi; in posterum electionis tempus Magistratui significatum iri, (völle man Zvvar notificiren) sed non titulo aduocatae, vt pote monasteriis odiosae. 90) Quo magis vero admiran-

90) Quid? si ipsi autem se tueri contra potentiores nequeant, num pro-





randum, nostro tempore *Michaelē III.* in elogio *Augustini Erath*, qui *Iohannem* hunc excepit, scribere, 91) non dubitasse: *ut iura collegii sui sarta testaque conseruaret, non tantum sudauit & alsit, sed in summis dicasteriis maximis expensis a quoruncunque aduersariorum machinis Rempublicam nostram liberam & immunem reddidit.*

XIX. En *Rempublicam Wengensem*, eandemque liberam & immunem derepente ortam, sed quae tamen legibus reipublicae *Vlmenfis*, tamquam territorialis dominae, patronae & aduocatiſſae, blande licet ac mitissime, dirigitur. Peculiarem certe formam ea habeat respublica necesse est, quae in Magistratu *Vrbis* prope iam per quadringentos annos aduocatum atque protectorem iustum benignissimumque; ac per aequae

protectio tum quoque odiosa? meminisse refert, quae de bello Suecico memoriae mandauit *ren. MICHAEL*, p. 436. seq. Odi vero causa non ex abusu tantum aduocatiſſae (qui tamen nulli minus, quam Magistratu *Vlmeni* exprobrari potest) sed & inde deriuanda, quod potestas Praefatorum (pro diuersitate Constitutionis) imminuitur. Inde igitur tot Abbates in iurisdictione uniuersa ab imperatore inuestiri, atque aduocati officium in defunctum venire coepit. Sed omnino tamen differentia Abbatum simul attendenda est, quorum alii sunt principes Imperii, alii haud quidem principum ornati dignitate, sed immediate tamen Imperio subiecti; quum contra alii tantummodo cenachorum familiis praepositi hoc nominis insigne gerant. Vid. *C. BESOLDI* thes. pract. voc. Abbt; & *R. G. KNICHEN*, Op. polit. tom. II. p. 294. seqq.

91) d. l. p. 455.



aeque longum tempus, id est, inde ab anno 1377. quo in ciues vrbis, similiter vt reliqui, sunt cooptrati, magistratum & superiorem fauentissimum; ex quo autem Augiensis an. 1446. quaeuis iura sua, Vlmae quondam & cumprimis in Wengenses exerceri solita, quum spiritualia, tum temporalia, in Vlmeneses translulerunt, dominum, patronum atque defensorem, & vel adstrictissimis temporibus acquissimum, haud vsquam remittentem aliquid de iure suo, aut officio, experta est, & cui hodiernum eandem subiectionem, obedientiamque debet, protinus se *liberam*, & quod obscurius adicitur, *immunem* se vocare potest. Sed intelligemus forsân rectius, quid hoc immunitatis denotet vocabulum, si prius *reuer. MICHAEL*, aut alii probauerint, Magistratus Vlmenensis, in electione atque confirmatione Praepositi Wengensis nullas partes esse; nullam eius in conuentuales & monasterii subiectos iurisdictionem; nullum ius inspectionis, visitationis, rationum redditionis, & quae alia his similia existimari possunt.

XX. Certe enim si haec omnia probare nequeant, omnino vanum est, ignaris rerum *Vlmanarum* persuadere velle, veluti respublica *Wengensis* in media republica *Vlmenesi* locum habeat. Quid enim, num Superioritatem territorialem magistratus, an ius patronatus, ab Augia Diuite in Vlmeneses deuolurum; an

an aduocatiæ iura testatissima inficiari audent? Enimvero eos quidpiam eorum negaturos esse non opinor. Itaque eosdem meminisse, animisque simul ponderare velim, annon pactio cum praeposito, *Ambrosio Kaurinica* 92) diserte iubeat, electionem iuxta ritum atque consuetudinem antiquam fieri, qua Deputati incliti Ulmenfis Magistratus totum moderati sunt scrutinium, praepositumque a confratribus electum confirmarunt, conclave siue *Residentiam* ipsius recluserunt, & hoc ritu denique perfuncti facultatem gubernandi monasterii eidem tribuerunt. Nempe irritam electionem fieri, si Laicus scrutinio praesideat, veteres Wengenses ignorarunt olim 93) & praepositi; hoc modo constituti, praepositi canonice electi nihilominus fuerunt. Abbatialem vero dignitatem a Pontifice Romano, cui in territoriis Statuum Euangelicorum nihil iuris, neque sacri, neque temporalis, est relictum, clam patronis ac superioribus quaesitam, & obtentam, tantum iuris addere praeposito Wengensi potuisse, ut magistratui & aduocato suo minus reuerentiae, obedientiaeque, debeat, quam olim, quis cordatorum, obsecro, largiri posset. 94) Et sane neruis caret omnibus

92) Vid. *Supra* §. XVIII.

93) Imo ignorarunt quoque illud 1<sup>o</sup> Cti veteres ac noui. Vide, quae hac ipsa de re erudite disputauit b. I. H. BOEHMERVS, diff. qua iura Statuum protestantium circa monasteria catholicorum vindicauit, Halae, 1719. in primis cap. II. §. XVII. p. 79. seqq.

94) Optime BOEHMERVS, d. l. §. VII. p. 72. seqq. *Qui leges ferendi*



bus, quod a Wengensibus plus vice simplici responsum est, obedientiam se atque reuerentiam iurasse Reuerendissimo *Constantiensi*; nimirum ex quo ipsi ad abbatialem dignitatem ab hoc Praesule sunt commendati, atque ab eodem, vel suffraganeo illius, consecrari etiam coeperunt. 95) Mirum vero, eos non videre, quibus tricis atque contradictionibus se ipsi implicent. Quum enim Magistratui Vlmensi dudum, ac non uno simpliciue nomine deuincti sint; quis inuito quidem illo, praeter ipsummet Imperatorem, eos ab hac obligatione liberos pronuntiare, utque alteri

*obedi*  
*di affine aliud, quod Ius Placiti vel Placeti dicitur, ex non licet*  
*ulla Pontificis, Episcopi, aut externae potestatis mandata, bullas,*  
*aut gratias apostolicas publicare, nisi eae Regionis Domini suffragio*  
*manuae sint. Et interiectis pluribus, quae legi digna sunt; Imo*  
*ue quidem Pontifex, cuius potestas intra territoria protestantium sub-*  
*lata est, eiusmodi Bullas ad monasteria Catholicorum dirigere potest,*  
*quod etiam de Generali Ordinis dicendum.*

95) Recte IO. BODINVS, de republ. L. i. p. m. 107. *Alienae mai-*  
*stati subditus, inquit, cogens alterius sine sui principis assensione fieri*  
*non potest.* Quod vero subditis in praerudicium Superiorum suorum nullatenus liceat contrahere, aut moliri quippiam, ex quo illis praerudicium aliquod oriatur, ostendit MAGERVS, d. l. C. VI. n. 300. seqq. Denique & nosse interest, qua tandem lege illi obedientiam & reuerentiam Episcopo addixerint. An dioecesana? quae vel maxime canonicam obedientiam, subiectionem atque reuerentiam, ex imperio episcopi cuiusque sacro fluentem, C. 4. §. 6. X. de maior. & obed. praecipit. Ita autem ipsi viderint, qui hanc vniuersam legem, atque cuncta eius capita, non modo velint obseruare, sed cum primis quoque possint; per ea, quae tanquam Magistratui Vlmensi debita mox referentur. Sin iurisdictionem simplicem a lege dioecesana distinxerint, hoc quidem loco itidem efficietur nihil.

obedientiam 96) sponderent, facultatem impertiri potuisset? Hocine est, reddere rempublicam immunem liberamque, si quis liber & exemptus pridem ab episcopali iurisdictione denuo episcoporum alicui obedientiam ac reuerentiam iurauerit, ut ita minus postmodo, quam antehac, exemptus esse videatur? Et cui denique episcopo? ei ipsi, qui iam an. 1376. *omni-modam iurisdictionem in Praepositum & Monasterium Wengense non ad se, sed ad Abbatem Augiensem pertinere* factus est, ne Wengenses quidem ipsi audiuerunt. 98) Caeterum ne quaestionem hic propositam deseruisse videamur, dissimulare nihil attinet, Ulmensis pro humanitate illa, qua Wengenses prosequuti sunt perpetuo, *Praelati titulum praeposito* illorum non inuitos concessisse; verum ita, ut, quae iura vtriusque partis adhuc fuerant, vtrinque salua etiam manerent. Argumentum rei est, quod, quum *Iohannes Dürrius* de consecratione sua, per suffraganeum Constantiensem facta, ad Ulmensis Magistratum litteras dedisset, inque iis sese *Dei gratia Abbatem atque Dominum monasterii ad Insulas*, itemque monasterium hoc *abbatiam exemptionis suam* adpellasset, illae ipsae litterae eidem *Iohanni*

K 2

ceu

96) THEOD. REINKINGK, de regim. Sec. & eccl. L. I. cl. V. c. 4. n. 251. *Obedientiae nexus*, ait, *completitur omnes actus iurisdictionis*; obseruans etiam ex aliis, quod haec non rerum, sed personarum, itemque non exemptorum, sed subditorum munus sit.

97) Vid. Rem. MICHAEL; d. l. p. 326.

98) Vide infra, §. XXII.

cei informes redditae sunt, addito mandato, vt aliud *memoriale* scriberet, formula inusitata illa, *Dei gratia & Abbatis* nomine se abstineret; & quid per *excentum* monasterium intelligat, diserte declararet. Ad postremum hoc responsum est, hoc, quidquid verbi est, nil denotare, nisi quod Praelatus *Wengensis* in *Spiritualibus*, 99) praeterquam vni Pontifici Romano, nulli sit subiectus; de vsurpatis nouis titulis magistratui conuenit cum praelato, iis, si cum magistratu ageretur, prorsus abstinendum esse, memoriale aliud decentius promissum semel iterumque fuit, sed & propter lites alias retentum. Vt erit, Magistratus in hunc vsque diem *Abbatis Excenti* nomen, iudem vt appellationes *Vicini*, *Cancellariae*, *Consiliarii*que monasterii *Wengensis* non agnoscit, vt pote indignas, quae a ciuibus aduersus Magistratum suum vsurpentur, 100)

99) Spiritualia cum ecclesiasticis confundi, canonistarum interest, & omnium eorum, qui paralogismis causae suae aliquod praesidium parare satagunt. Ita *Spiritualitatem* aliquando appellari *iurisdictionem episcopalem seu ecclesiasticam*, exemplis probat *du FRESNE*, in Glossario med. & inf. Latin. Rectius autem *SPELMANNO* *Spiritualia* Episcopi sunt, quae *functioni eius debentur*, non *temporalium iurium*, vel *dignitatum possessioni*. Quando igitur *Vlmentis* Magistratus libertatem in *Spiritualibus*, cum ipsum ius naturae, ac tot pactiones postulant, *Wengensibus* facillime permisit, ea, quae ad exercitium religionis, regulasque ordinis, quem profrentur illi, concessisse, nequaquam vero *iurisdictionem* suam ecclesiasticam imminuisse, nedum deseruisse iudicandi sunt.

100) *Archium*, quod & *Archia* & *Cancellaria* vocatur, mediatis monasteriis

In negotio electionis, quamquam actus mere ecclesiasticos, salvo quidem iure suo circa sacra, Magistratus inclitus turbare numquam voluit, nouissimis temporibus hoc vsu obseruatum est, vt electioni & scrutinio intersint Curatores Wengensium a Magistratu Deputati, & post electionem clauis, quae in mensa interim reponitur, nouo praelato & praeposito, *resistentiam* aperiant, eoque ipso electionem eius confirmant. 101)

## K 3 XXI.

rius propterea, quod territorium non habent, concedi nequit. Vid. G. SCHWEDERI *iur. publ. part. spec. f. 2. c. 13. §. 14.* & I. H. BOEHMERI *diff. de iure Stat. proest. circa monast. Cathol. §. XV. p. 76.* Habent illa quidem libros priuatos suos, s. *registra*, in quibus reditus & alia, quae monasterio subinde obuenerunt, annotari solent. Quodsi vero haec registra forte discrepauerint a libris tabulisque publicis, priuata ista iure postponuntur.

101) Veri nominis hanc esse confirmationem liquet, quoniam Praelectus sine vlla confirmatione functiones atque munia obire sua, & quum confirmatione tamen opus habeat, eandem insimul ab vltimo, praeterquam a principe, aut summa potestate, obtinere nequeat. Et videlicet *iur. confirmandi pars maiestatis, suae summae potestatis in qualibet republica, idque adeo proprium, vt nec diuersae religionis principi denegetur.* Vid. SCHILTERI *instit. iur. Canon. L. I. tit. VII. §. 12.* Et sane Magistratus ante *Transact. Passauensium* praepositos Wengenses per Hospitalarium suum confirmauit, inuestiisque, vid. supra §. XV. quidni, posteaquam ius sacrorum ei per Instrum. Pacis plene confirmatum est, id ipsum faceret? Adferibant hoc Catholici vel *potestati saeculari*, atque nos dissentientes non habebunt, quum ipse etiam episcopi confirmatio sit res mere civilis, id est personae approbatio, quae muneri ecclesiastico praeficitur: vel ad *summam iurisdictionem ecclesiasticam*, si malint, referant, quam Statui cuique Euangelico

XXI. Quid de *iurisdictione* incliti *Vlmensis* Magistratus, in coenobium *Wengense* statuendum sit, res ipsa loquitur. Vt enim pluries non repetamus, eum iure circa sacra, & vel ante reformationem illam optimi LUTHERI, iam gauisum esse, 102) quum, vt supra latius ostensum, *Augienses* cuncta iura sua spiritiua ac politica iustissimis in illum modis transtulissent; 103) tantum certe liberis Imperii Romani Ciuitatibus adiudicatum esse, quantum Statibus maioris ordinis, in Instrumento Pacis 104) disertissime exprimitur his

vergelico illimitatam competere, ex supra dictis planum est, & nobis id perinde erit; dummodo Pontificis Romani & episcoporum ius in terris protestantium suspensum & remotum esse, perpetuo meminerint.

102) Ius circa sacra, quo Status Imperii ante reformationis tempora vsi sunt, exponunt IO. NICOL. HERTIVS de iacturata vulgo ordinis Cisterciensis libertate a superioritate territoriali, Sect. I. IO. GE. REINHARD de iure Principum Germaniae, cum principis Saxoniae, ante tempora reformationis. I. P. de LVDEWIG de Principum S. R. I. potestate in sacris ante paces religiosus. GERHARD. MATTH. WALLACHER de iure circa sacra ciuitatum imperii iam ante pacem religiosam, Gissae 1767. Quamuis vero illud vtrplurimum restrictum fuerit ad ipsa circa sacra, quod maiestaticum dici solet, & a sic dictis iuribus episcopalibus distinguitur; tamen subinde etiam in horum societatem status laicos per vsum, privilegium, aut pactum, venisse, negari nequit, vid. HERT. loc. cit. §. 2. & IO. GEORG. ESTOR in originibus iuris publici Hassiaci, cap. XXXIX. §. 135. Et huc quoque pertinet adlatum exemplum Magistratus *Vlmensis*, in quem *Augienses* cuncta sua iura spiritiua, ipsis in monasterium *Wengense* competentia, transulerunt.

103) Vid. Supra §. XV.

104) Art. V. §. 29.



verbis: *Liberæ Imperii Ciuitates, prout omnes atque singulæ sub appellatione Statuum Imperii non tantum in Pace Religionis, & præfenti eiusdem declaratione, sed & alias ubique indubitate continentur; ita & ex illarum numero eae, in quibus vnica tantum religio A. 1624. in vsu fuit, tam ratione iuris reformandi, quam aliorum casuum, Religionem concernentium, in territoriis suis & respectu subditorum non minus, ac intra muros, & suburbia, idem cum reliquis Statibus Imperii Superioribus ius habeant, adeoque de istis generaliter disposita & conuenta de his quæ dicta, & intellecta sunt &c.* Et quantumuis haec, ceu fundamentis nixa solidissimis, si alia deessent omnia, sufficere ad vindicanda iura incliti Ulmenfis Magistratus etiam per se valent: tamen non incongruens futurum esse reputamus, si historice, quæ illa tempora pacificationis præcesserunt, prouti se forte offerent, & quasi cursim, memoremus. Annus erat à nato Christo 1311. quum præpositus *Iohannes*, & Conuentus fide canonico - apostolici sui ordinis & sacrae obedientiae virtute, iurisiurandi loco, Magistratui Ulmenfi se obstrinxit, de diffidiis se inter & conuentum semper ad eiusdem ciuitatis magistrôs & consules in posterum deferendis ac diiudicantis, 105) A.

1384.

105) En ipsa verba: *Were och, daß ein Probest und der Conuent daselbes mit einander zwelten kriegen, daß soll man bringen vor den Raerb ze Ulme, und sol denne der Raerb drie Mauß auß dem Raerbe dargeben, und silent die zu In nemen zwoteene der besten Barfussen, und*

1384. Decanus Augiensis, Ordinatione monasterio Wengensi data, tantum tribuit Vlmenſibus, vt *reu. Michael* concoquere illius dicta non potuerit. (106) Quantum vero Augiensibus tum temporis in nostros licuit Wengenses, tantum quoque Ordinarii & patronorum titulo Vlmenſibus, eorum successoribus, licere, papa & concilium, subscriptione documenti eius, quo Augia quaeque iura sua tradidit Vlmenſibus, testantur. (107) De nexu ciuico, quo obligantur Magi-  
stra-

zwey der besten Prediger ze Ulme, und silent die ansehen unser Ordens Regeln, und wer unrecht hat, wil der nit geborjam sien des Rechten, als unser Regel sager, so sol der Raeth und die Stat ze Ulme gemainlich dem andern beholfen sien. Und daß dis vorgeschriebene alles sicher, stet, und unuandelbare behibe, darumb geben wir dem Raethe ze Ulme disen Brieff, besigelt mit unsern Insigeln ze ayme ewigen und waren Urkunde aller dirre vorgeschribenen ding &c. Quid ad ea *reu. MICHAEL?* Turpe & inexcusabile Iohannis factum, quo primus statim Regimini sui annum commaculasse referatur, nominat, mox vero, ne praepositus tantopere errasse videatur, rotam hanc scripturam oriosi capitis parum esse dicitur. Ita ille documenta tabularii Vlmenſis publica exagitat, non fecus, ac si inibi ad otium fallendum cum sigillis fabricentur; etiam interim non desint alia, quae ius magistratus multo fortius demontrent. At *Bruschius* Iohannem illum praepositorum an. 1312. adnotum esse scribit, quocum elenchus praepositorum Wengensium in monasterio consentit: veluti si *Bruschius* non centies errasset, atque ipse *reu. Michael* historiographum Wengensem suum, *Iohannem Mannum*, manifesti parachronismi non arguerit, p. 310. quanto rectius proinde fecisset ille, si ex documento publico, errorem elenchi sui corrigens, *Iohannis* electionem in an. 1311. reieccisset.

106) Vid. Supr. §. XII.

107) Vid. Supra, §. XV.

stratui, iam semel iterumque diximus. Num forsitan *Ambrosius Kaut*, posteaquam omnia tentauit, ne obsequium praestare reipublicae *Vlmen*si teneretur, ea vincula scienter soluit? At is, inita concordia cum Magistratu, an. 1449. n. 12. sic paciscitur: so soll ein *E. Rath* vilgemelts herrn *Probsts* und *Convents*, auch *Irer* *Underthanen* und *Zugehoerigen* Zu gebürenden ordentlichen *Rechten*, dahin sie zu allen theilen von altenbero geboerig, mechtig sein, und sie, vwie ander *Ir* eingesseffen *Burger* und *verrvandten* zu dem *Rechten* und aller billichkeit schützen und schürmen, und dargegen sie der herr *Probst* und *Conuent* sambt allen *Iren* *Zugehoerigen* und *verrvandten* eines *E. Raths*, und *gemeiner* *Stadt* *Uhn* ebr, nutz und vvolffart fúrdern, und *schaden* vwenden, auch *sonst* alles das thun, das dergleichen *getreuve* schútz- und *Burgerrechts* - *verrvandten* von *Rechts* und *billichkeit* vwegen zu thun schuldig sein. Quid post bina fere saecula *Georgius* praepositus, decanus item & conuentus *Wengensis*, quum inter se infensis animis de multis rebus diffiderent? Iudicio & legibus nimirum experi-ri volunt, magistratum adeunt, & sententia audita an. 1618. fidem suam hacce formula obstringunt: *Hierauff* so haben beede theil einander, so dan auch *leder* theil absonderlich, an *Eines* *Ersamen* *Raths* *Statt*, den *hierzue* *Deputirten* *Herrn* *Wengen*-*Pflegern* zuegesagt und *versprochen*, das sie das *ienige* alles, so *hieob* von *Puncten* zue *Puncten* *verleibt* ist, so *viele* *dessen* *Jeden* *betrifft*, *fur* *sich* und



und Ihre Nachkommen, steet, vöft und unverbrüchlich halten, darvvider nit sein, sondern uf den fall solchen in einichen vveeg entgegen gehandelt vvrude. Eines Ets. Raths Oberkeitlich einsehen vvol leiden, und uf solchen fall darumben angerueffen und gebetten haben vvolten. Poenas conuentualibus a Magistratu irrogatas, non inuitis, vt credible est, Wengensibus, filere poterimus: quamquam obiter hic annotare iuuat, *Johannem Diurium*, Praelatum ipsum, quum ius Magistratus circa sacra, quod *episcopale* nominauit, 108) ideo negaret, quod Is omnes actus episcopales (per se) exercere non valeret, rectoria doctum ea in sententia manere itidem non nimis diu voluisse.

XXII. Sunt & alia, quae tamquam partes iuris circa sacra Magistratu abiudicari nequeunt. Huc praeter generalem illam in monasterium inspectionem merito referimus ius *visitandi*, cuius, & vel ante perpurgata ciuitatis sacra, vestigia indubitata deprehendimus. Reformatum enim est coenobium in capite & mem-

bris

108) Ius Episcopale, sensu iuris canonici, Evangelici ne volunt quidem; conf. I. H. BOEHMERVS in *iure eccles. protestant. Lib. I. Tit. XXXI. §. 19. sqq.* Nihilominus factum est, vt iura, quae Status Evangelici in territoriis suis, vi delatae ipsius potestatis ecclesiasticae, exercent, hoc nomine appellentur; quod etiam tolerari potest, si omnia ad principia religionis euangelicae referuntur. Id quod vberius exponit, atque differentiam, quae inter ius circa sacra *maiestaticum*, & ius hoc *episcopale* intercedit, post alios, solide probat GE. LVDOV. BOEHMERVS, *Trat. de iure canon. §. 22. sqq. et §. 180. sqq.*

bris a. 1489. & quod ipse *reu. Michael* testatur, 109) ea reformatio obtenta est auxiliante Magistratu. Quum deinceps a. 1509. simile quid tentatum, & a *Vito Melero*, Praeposito S. Viti Frisingensi & canonico Augustano, ita res instructa esset, vt episcopo Constantiensi id negotii demandaretur, Magistratus Vlmensis *Melero* huic in hunc modum respondit: So wir die gestelte Copi vernemmen, erfinden wir, daß der Befelch uf Unfern gn. Herrn den Pischoff Zue Costanz gestelt, daß doch Unfers gemüeths nit ist, dann wir, wie ihr underricht sein, allweg verhütet haben, und noch geru verhüteten vvolten, daß dem Pischoff diß orts kain gewaltsame, oder Oberkeit, die sein Vordern, und Er niemals gesuecht haben, Zuegelassen vvirde. Itaque haec tandem Visitatio intra conatum substitit. 110) Mutatis vero sacris Vlmensium quum a. 1615. diffensiones inter *Georgium Bonerum* praepositum & conuentuales eius maxime feruerent, atque his postremis quidam ciujum catholicorum cuperent prae illo; Episcopus Constantiensis Vicarium & Officialem suum, vna cum aliis quibusdam viris spectabilibus in monasterium

L. 2

Wen-

109) d. l. p. 367.

110) Ex Actis Tabular. Vlm. De caetero Vlmensis magistratus eadem iura erant, quae pridem fuerant Augiae Diuitis. In Wengenses autem nihil iurisdictionis sibi met competere, Augiensi dudum factus fuerat Constantiensis. Vid. *reu. Michael*, d. l. p. 326. Alios Visitatores, eosque ab ipso Pontifice Rom. d. 6. Jul. eiusd. anni singulari bulla designatos, facilius admitturi fuissent Vlmenses.

Wengense ablegavit, qui, nulla mora interposita, inquisitionis atque reformationis opus aggredi coeperunt: sed nequidquam, siquidem eodem die omnes ablegati monasterio exire, & quidquid impenderunt sumtuum, soluere de suo iussi sunt. Concinne *reii. Michael: III*) Tentata fuit, sed contra iuris ordinem, monasterii visitatio, quae tamen ab ipsomet Vlmensi Magistratu tamquam iuribus & ciuitatis, & collegii, aduersa non fuit admissa. Addi vero meruisset, Praeposito Conuentuique simul etiam iniunctum esse, vt, quoscunque vllodie excepturi essent hospites, Consuli Vlmensi confectim nos facerent: Deputatos autem Curatores monasterii mandata accepisse, vt qualibet hebdomade eorum vnus monasterium Wengense videret. Et haec quidem haetenus. Affine huic, quod Praeposito Wengensi quum semel iterumque *II 2*) ad Synodum generalem a Constantiensi euocatus esset, ire illuc semper interdictum fuerit. Quodsi autem Praefulis Con-

*stan-*  
*111)* d. l. p. 436. Nec possumus, quin hic verba adscribamus b. BOEHMERI, iur. protest. ecel. T. III. lib. III. tit. 39. §. 58. *Longe aliter, inquit, philosophantur catholici, qui visitationes vniuersitatis seu imperio sacro adscribunt. - - Vnde est, quod commissarii Visitatores non admittantur ad Visitaciones ecclesiarum & monasteriorum catholicorum, sine speciali permissione domini territorii, quippe qui delegati sunt ab episcopo, vel archiepiscopo, & ita auctoritate ecclesiastica imperatiua armati illas expediunt, quae tamen suspensa est in Art. V. I. P. §. 48. Hac praedicti potestate qui suscipiunt visitationes tales sine venia imperata, non possunt non laedere superioritatem territorialem.*

*112)* Imprimis quidem an. 1567. d. 13. Iul.

stantiensis potestas ex hoc quidem semper exulavit  
 monasterio; ecquid privilegii ab eo ipso Wengensibus  
 concedi sine Magistratus incliti consensione potuisset?  
 Memoriae mandavit reu. Michael circa a. 1582. 113)  
 quae Canonici Wengenses in cura animarum adhuc fece-  
 rint, tam extra, quam intra ciuitatem, ea quidem illos  
 nullo iure, aut obligatione parochiali, sed ex mera chari-  
 tate adstrictos fecisse. Postquam tamen ab eminentiss. S.  
 R. I. Cardinali & dioecesis Constantiensis episcopo Catho-  
 licae ouiculae fuere eorundem vigilantiae commendatae,  
 semper ex iustitia eos credidisse, se esse obligatos. Nihil  
 verius, quam, quod ait, nullo iure ipsos curam illam  
 animarum suscepisse, quum haudquaquam eo fine  
 monasterium ipsorum sit fundatum, sed vt DOMUS  
 HOSPITALIS, pauperum refocillatio, & asylum pere-  
 grinorum IN AETERNVM PERMANERET. Sed &  
 ante omnia hoc esse ex iustitia credere iidem illi de-  
 buissent, legibus imperii viuendum esse. Nimirum  
 paullo antea in *Transact. Passau. art. vlt. seu append.  
 de religione &c.* cautum erat. *Es sollen alle des H. Reichs  
 Staende Geistlich und weltlich - - ieder sich gegen den an-  
 dern, an gebührenden ordentlichen Rechten begnügen  
 lassen, alles bey vermeidung der Poen im jüngst erneuerten  
 Landfrieden begriffen;* quod ipsum iisdem paene verbis  
 etiam in *Pac. Relig. Art. III.* repetitum est. Sane qui-  
 dem saluis hisce legibus, saluoque iure magistratus

L 3

tam-



tamquam veri post redempta iura Augiensium patroni, ab Episcopo, cuius ius suspensum erat, nihil iuribus Vlmenfisibus aduersum, vel aetate ista, impetrare poterant. Numquid ergo mirum, si Vlmenfis omne ius parochiale, & cum eo quoque ius aperiendi scholas 114) quoquo tempore Wengensibus constanter denega-

114) Ecclesiis accensetur scholae, xenodochia, coemeteria, - - - itaque eodem pertinet summa in haec potestas, cura, reparatio ac iurisdictione. SCHILTERI instr. iur. canon. L. II. tit. 7. §. 14. Et si vero ludus litterarius, in quo pueri vel ad humanitatem informantur, vel ad vitam monasticam mature praeparantur, monasteriis concedi posse videatur: maius tamen quiddam ausi sunt Wengenses, ceu profiteretur reu. MICHAEL Iohannis Simonis praepositi laudibus, inquiring, addendum, quod ille denuo in Collegio nostro scholas aperuerit tum exterorum, tum civium Vlmenfisum filijs; occasionem inde nactus, illos tam in litteris, quam in pietate ac Catholicae fidei principiis, melius & opportunius instruendi. Contradictiones non modicas propterea an. 1608. perpeffus, generoso tamen animo illis processit obuiam, parvulumque semper aluit Seminarium iuuentutis litterariae, quod usque ad moderna non sine flore perduravit tempora. Haecenus ille, d. l. p. 434. Prudentius autem modestiusque Georgius Bonerus, qui monasterio ab an. 1610. usque ad a. 1635. praecuit. Hic enim, quum in Inquisitione, a. 1615. contra iuris ordinem suscepta, a Constantiensi Commissario interrogatus esset, eequid sit, quod scholas non continuaret? ingenue respondit: weil sich die Schulmeister in der Stadt wegen dieser NB. Neurung, und daß ihnen abgang und Eintrag geschehe, zum hoechsten beschwerte, herte solches der Magistrat abgeschafft, vvere auch seithero also verblieben, entgegen aber für die Knaben, so zur geistlichkeit im Kloster uferzogen vwerden, Schuel zu halten iederzeit zugelassen worden, vwie noch. atque iterum: Junck. Hans Christoph Kraft, und J. Hans Jerg Roth hatten ihm zugemuthet, ihre Kinder wider des Magistrats vvisentlichen befehl und decret in die Closterschuel ufzunehmen, mit versprechung, und Lhne vvas vvidri-





negarunt, qui hoc tamen lubrico inpxi fundamento a. 1594. ad Comitia Imperii rem detulerunt? Refert vero etiam audire, quid regefferint Ulmenfes: *ies ist unverneinlich mahr, inquit, daß sollich Wengenkloster weder vor, oder auch nach dem Religionfriden einiche Predigen, oder ander lura parochialia nie gehabt, wie dann einem Rhath und gemeiner Statt Ulm, die Castenvogtei, Schutzz und Schirm über solch Closter einig und von etlichen unvordenklichen Jahren hero, zugehoerig gewesen, und noch ist, auch der Probst und Conuent desselben Klosters als Canonici regulares S. Augustini desselben Ihres Ordens Regul oder Ordnung nach, sich einiches Predigens oder anderer iurium parochialium nie angemast oder begeret, und dervegen Der Kay: Maj. zu vil mit unnd ungleich angeben, als ob ein Rath die catholischen Predigen daselbst zun Wengen abgestellt, oder bey Straffen verwehrt haben solle. 115) Quid si autem a. 1624. iura haec & alia parochialia quiete habuerunt? Enimvero ne hoc quidem anno habuerunt; & quum plura huius rei argumenta facile adferri possent, satis esse autumamus,*

*ges daraus entstehen solte, daß sie ihn vertreten wuolten, er betra ihnen aber solches rund abgeschlagen und begeret, Sie solten zuwor einen Consens vom Magistrat ausbringen. Quae quum in Actis reip. Ulm. disertissime expressa sint; viderint Wengenes, quonam modo tandem comprobare velint, iure aperiendi scholas an. 1624. id est, normali, se quiete & sine contradictione Magistratus sui gauisos esse.*

115) Bericht E. Erf. Rhats der Statt Ulm, fo a. 1594. uff dem Reichstag zu Regenspurg eingegeben worden. In Actis Tab. Vlm.



mamus, *Signaturam* illam Rauenspurgensem appellare, in qua Principum Circuli Sueuici Directorum subdelegati commissarii an. 1650. ita decreuerunt: 116) haben die Subdelegirte befundenen dingen nach die partheyen, in Krafft tragender commission dahin entschiden, weilen ja die Catholische mit anderm Beweisthumb, als ietzt gehört, in dieser Sachen auffzukommen nicht getrawet, hingegen aber des Magistrats Deputirte selbst Bericht gethan, daß von einem iederweilen Regierenden Burgermeistern, auff vorbergehendes gebührendes ansuchen, den vornehmen Catholischen Burgern durch einen Conventualn zu den Vengen die Tauff zu verrichten, priuatum in den Hausern, nicht abgeschlagen, auch die vorsehung den Catholischen Krancken mit den heiligen Sacramenten in den hausern, wann sie umb gleiche Licentz angehalten, dieselbe, doch obn einige öffentliche Ceremonien, ebenmaessig von den Conventualn zu geschehen, ihnen vergünstiget worden, daß es nochmahlen, so viel diese Puncten betrifft, dabey verbleiben soll. Neque adeo ab hac sententia discedere Vlmenes in hunc vsque diem fas & aequum esse iudicarunt.

XXIII. Quodsi vero in ecclesiasticis immunitas Wengensium penitius considerata statim concidit; periculum est, vt in saecularibus stabilitate aliqua maiore

gaur-  
116) Litteris publicis exscripta est haec Signatura Vlmae 1650. in 4.  
ap. Baltas. Kühnium. ¶ Exstat illa etiam apud KNIPSCHILD  
de iurib. & priuileg. civitat. imperial. L. III. cap. 54. num. 40.

gaudeat. Sed ne copiosiores esse videamur, ea tantum, quae citra dubitationis aut contentionis aleam abunde confirmata sunt, simpliciter narrare animus est. 117) Constituti eis sunt a Magistratu Curatores (*Wengenpfleger*), qui iam inde ab initio id fere, quod Aduocatorum esse solet, diligentius obseruant, eorum nomine ad Senatum referunt, protectione speciali sua eos prosequuntur, causas illorum, domesticas praesertim, vice praefidis & in prima, ceu appellitant, instantia, cognoscunt; sed cum maxime, vt farra recta conferuentur bona monasterii, & abusus euitentur, rationes sibi de iisdem & prouentibus eorum reddi, quotannis curant. Bona illa ipsi Wengenses citra horum Curatorum, & ipsius Magistratus, consensionem alienare nequeunt: sicuti & noua pretio soluto sibi met acquirere eadem lege prohibentur. Contractus, in scio Magistratu, vel eorum Deputatis, initi, pro inualidis habentur, & sigillo in Cancellaria Vlmensi non muniuntur. Ad haec ipsi Wengenses censum annuum ac determinatum aerario Vlmensi praestant; tributa vinis imposita, & in glossis *ungeld* appellata, certa numerorum summa redimunt; 118) ad eleemosynas pauperibus in ciuitate erogandas

M das

117) Nimirum iure ita Magistratum agere Vlmensem, dudum solidissimis euicit argumentis IVST. HENNING. BOEHMERVS, in diss. qua *iura Starum Protestantium circa monasteria Catholica* sicce explicauit, vt commentarii cuiusdam loco esse queat.

118) *Augustinum Erach*, praclatum, pro canonia sua obtinuisse *bra-*  
xan-



das copiam frumenti definitam conferunt. Qui monasterio subiecti sunt, onera publica & ordinaria ferunt similiter vt isti, qui immediate parent reipublicae: in collectis vero extraordinariis pars ab ipso quoque monasterio contribuenda itidem a Magistratu recipitur. 119) In quibusdam locis iurisdictio inferior, in aliis non item, penes monasterium est: iurisdictio superior Magistratui, cuius illud territorium est, vbiuis & in totum competit. Sed omnino tandem, ne transiliamus modum, dissertationis vela contrahenda sunt.

XXIV. Satis enim de Aduocatia Liberarum S. R. Imp. Ciuitatum monastica a nobis dictum, si has ciuitates Statibus Imperii haudquaquam dubie adscriptas esse cogitemus, quibus adeo id omne pariter est tri-

*mandi ius ac privilegium, scribit reu. Michael III. d.l. p. 456. quod sane totus ignorat magistratus Vlmensis.*

119) Quam reuerendiss. Constantiensis Praesul an. 1549. Monasterio Wengensi, cunctisque aliis in territorio Vlmensi ecclesiasticis personis religionis suae, tributa pro imperii necessitate imperaret, & Vlmenses, talia in suo attentari territorio, indigne ferrent, decreto ineluti Iudicii Camerac Imp. d. d. 20. Dec. an. 1549. ausus illi subito repressi sunt. Quumque a. 1621. iterum a Constantiensi eadem flagitarentur vehementius, ac Praepositus Wengensis per Curatores monasterii Magistratus hac de re sententiam rogaret, huic quidem ita responsum est: *Weil dieses Kloster mit dem iure ordinarius dem Pstumb Costanz nicht begehren, habe selbiger Pstebhoff auch, und dessen subdelegari, Ihme Probstem vveder vvenig, noch viel, zue befehlen.*



tribuendum, quod cuique principi in suo quidem territorio per leges imperii vniuersales tribuitur. Ciuitatibus, in quibus vtraque religio, Catholicorum atque Protestantium eodem iure exercetur, Instrumentum Pacis modum atque ordinem disertius praescripsit. Nec diutius morandi causam esse arbitramur, quod in terris protestantium non eadem vbique monasteriorum sit conditio, de quibus omnibus proinde eadem doceri atque statui non possint. Certe enim longum foret, si cuiusque iura specialia & singularia seorsum dicere, & vna commentatione academica complecti in animum induceremus. De caetero tamen haec varietas attendi vere mereatur: ius tamen circa sacra aliud, quam quod descripsimus, in Evangelicorum territoriis non datur, quaeque ob antiquam aliquam exemptionem, vel ob pacta interuenientia, diuersitatem pariunt, ea pro cuiusque statu A. 1624. qui perpetuo *normalis* esse debet in Germania, & ex pacti indole aut ratione, facile diiudicari poterunt. Nobis quidem in praesenti sufficit, exemplum Ciuitatis ostendisse, in qua, etsi ius sacrorum legibus Imperii, imprimis autem Instrumento Pacis congruenter exercetur, monastica aduocata tamen, priscis saeculis obtenta, itidem huc vsque nondum exspirauit.

F I N I S.

Vi.






Vidimirte Copia

## des Wengischen Bürgerbriefs

d. d. 2 nach Luciae, a. 1377.


 ir Heinrich von Ordnung Gottes Probst des Gottes-  
 huse Waldsee, Ordens St. Augustins, in Cos-  
 stener Piftumb gelegen, bekennen und versehen  
 öffentlich für Uns und Unser Nachkommen, daß an dem Tag  
 dato diz Briefs, für Uns kommen ist, in Unser Gottshuß, der  
 Ehrsam und gaislich Herr Matthäus Zimmermann, Convent-  
 Herr des Gottshuß ze den Wengen zu Ulme auch Ordens St.  
 Augustins, an Nahmen und an statt der Ehrwürdigen und gais-  
 lichen Herren, des Probst und ganzen Convents des allererst ge-  
 meldten Gottshuß zu den Wengen zu Ulm, Chorherrn, nach  
 der Regul St. Augustins, daselbst in Costenser Piftumb gelegen,  
 und zogt und bracht Uns für Einen hermenten besiegelten Brief,  
 vor



vormahls von den Fürsichtigen, Erfamen und Wisen Burgermeister und Raurche daselbst zu Ulme versigelt usgangen zu verhören, bat und begehrt im, des auch glaubhafte vidimus unter Unser Probsty Innsiegel versigelt zu geben, welcher Briewe von wort zu wort also begriffet und innhale.

Wir der Burgermeister der Raurch und auch alle Burger gemeinlich der Statt zu Ulme verzeihen öffentlich für Uns und all Unser Nachkommen mit diesem Brieff allen den, die Ihn ansehend lesen oder hören lesen, wann das ist, daß die Schwürdigen, Geislichen Herren, der Probst, und auch der Convent gemeinlich des Gottshuß in den Wengen St. Augustins-Ordens in Costenzer Piskumb gelegen, die großen berlichen schaden und angriffe, die wir Ihn in dem Krieg, den Unser Herr der Keyser und der König, und auch ander Fürsten und Herren mit Uns und auch mit anderen des heyligen Reichs Stetten in dem Bunde Schwaben gehebt hand, als gar tugentlich hand waren gelauffen,



fen, und darumb mit Uns lieblich verricht worden, und über-  
 komen sind, also daß Sy derselben angriff und beschädigunge gen-  
 Uns niemermehr weder äfern noch rächen sollen, noch wollen,  
 noch Uns in deheim wis darumb anrächen, bekümmern, noch  
 bekränffen, darumb und auch umb das, daß Sy derselber Jh-  
 res Schadens in künfftigen Jyren des bas von Uns bezetter und  
 beschirmer mügen werden, So haben wir mit wohlbedachten  
 Sinne und Muth dieselben vorgehandren Zerren des Gottshuß  
 se Wengen und daselb Ihr Gottshuß und all Ihr nachkoms-  
 mendt genädiglich und gütlich zu Burgern inngenommen  
 und empfangen, und empfaben auch Sy izeo mit diesem  
 Brief, also daß wir nun füro mer Sy und Ihr Gotts-  
 huß, und Ihr Gottshuß Lich und Guch gerufflich schürmen sol-  
 len und wollen, als ander Unser eingeffen Burger ohn alle ge-  
 verdt. Und darumb sollen Sy Unß allin jar uff St. Mar-  
 tins Tag nitmehr denn zwen Gùlden guter Unger und  
 Behem riechten und geben, one Fürzug und wider Red  
 gar





gar und gänzlich ohn unsern Schaden und mit denselben  
zwen Gulden hand Sy sich och also gen Uns gesezet, daß  
wir Sy darüber weder Stür, Dienste, Schakungen, noch an-  
der sach wider Ihren Willen nicht zumuthen, zwingen, noch bez-  
nöthen sollen, in kein weis. Denne so verre, daß Sy alle  
ander gemeinsamy, Es seyen Zölle, Umgeld, Ainungen,  
oder ander solich Sache mit Uns halten, liden und tra-  
gen sollen, als ander Unser Burger on alle geferde. Mit  
Urkund diß Briefs, den wir Ihre darumb besigelten geben, mit  
Unser Stadt gemeinen Insigel, daß öffentlich zu gägen hanget,  
der geben ist an den negsten Freytag nach St. Lucien tag, do man  
zalt von Gottes geburt Drüzehn hundert jar und darnach in dem  
Siben und Sibenzigsten jar.

Und wann wir nun solichen brieve ganz gerecht onversehet  
on allen gebrechen gesehen, und gen diesem vidimus verlesen  
lauffen haben, die doch von wort zu wort glich inhaltend und  
begrif-

begriffen, und darumb so geben wir obgenahdter Probst zu  
 Walbsee dem benannten Herrn Matthäus Zimmermann an Na-  
 men und an statt des obgenannten Gottshuf zu den Wägen zu  
 Ulme uff sein beehrung daz vidimus unter Unser Probsty an-  
 hangendem Insigel befigelt, doch Uns Unserm Gottshuf zu  
 Walbsee und Unsern Nachkommen ohne Schaden. Geben uff  
 Zinstag vor St. Johannstag des heyl. Döffers zu  
 Sonnenwendin nach Christi Gebirch Tausend  
 vierhundert sechzig und fünf jauren.



Giessen, Diss., 1766-70

X 2396520

V  
D  
18


ULB Halle

3

007 662 912








B.I.G.

Farbkarte #13

1769  
XXXIV  
12

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**ADVOCATIA**  
LIBERARVM S. R. I. CIVITATVM  
MONASTICA




QVAM  
INDVLTV  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
IN ALMA LVDOVICIANA  
MODERANTE  
D. FRANC. IVSTO KORTHOLTO  
ACADEMIAE PROCANCELLARIO

PRO  
**GRADV DOCTORIS**  
PVBLICAE PROCERVVM ACADEMIAE DISQVISIONI  
SVBMITTIT  
AVCTOR

MARCVS TOBIAS MILLER  
VLMENSIS

AD DIEM XXII. IVNII. MDCCCCLXVIII



GISSAE,  
EX OFFICINA BRAVNIANA.

